

suadet, & amicum tuum esse putas? consentis? Deum offendis? &c. Offende, per me licet: verum cum in afflictionibus, in arumis, in ipso mortis periculo ab amicis omnibus desertus, nec apud ipsum Deum aures, auxiliumque invenias, tibi imputa exitum tuum, & ruinam. Recordare, quid Cardinali Volzao contigerit: Ille Henrico VIII. Regi Anglie divortii cum Catharina causa fuit, & postea summam indignationem Regis, a quo paulo ante tetricum diligebatur, incurrens, exclamasse fertur: *Ego, quia non Dei, sed Regis favorem quaesivi, hinc Deigratiam amisi, & Regis non adquisivi.* (Cerb. a Lap. in Exod. l. 1. v. 10.) O mi Christiane! disce alio damno sapere, & ne olim in mortali letho in desperabundas ejusmodi voces erumpas, nunc amicum optimum, Christum Redemptorem tuum super omnia aeterna: hunc amicis omnibus praeside: hunc futurum tuum solatium, nunquam offendere: nunquam, in aeternum, nunquam. Amen.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS II.

De secunda extremi Judicii circumstantia & horrore, nimirum de Adventu Judicis, Angelorum, & Sanctorum ad Judicium.

Tu es, qui venturus es. Matth. 11.

EXORDIUM.

In valle Josaphat aderunt omnes staterati cum suis antefigantibus.

Completa corporum anastasi, de qua ante octiduum egimus, univerva hominum multitudo deducetur in vallem Josaphat, haud procul ab urbe Hierosolymitana abjacentem: ita Propheta Joel: *Congregabis omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat.* (Joel. 3.) Illic Electi per donum celeritatis comitantibus Angelis ferentur, damnati autem, vinculis ac compedibus concatenati, rapiuntur a demonibus. In illo universalis totius mundi theatro, prohi, quanta erit infinitarum gentium confusio! quam dispar electorum & reproborum ratio! aderunt ibi Judas, & Cainus, execranda proflitorum, ficiariorum, & homicidarum capita, & Duces. Aderit Nero, Domicilianus, Decius, & alique Principes, crudelium tyrannorum principili. Aderit Herodes, parricidarum antesignanus, aderit Pilatus, pessimum Judicium caput, aderit Mahumetes, iturorum & infamiorum ductor, aderit Aris hereticorum signifer, aderit Julianus Apollinarum antebulbo, aderit Simo Magus Simoniacorum Archi-Magister, aderit Ninius, qui gentilium paganorum, & idololatrarum agmen ducebat, aderit Sardanapalus, qui immundorum, leonum, & fortiorum gregi praecedet. Omnes illi in fasciculos, veluti Zizania, juxta Evangelicam parabolam congl-

bati erunt, & demonum circumlecta legiones excubias agent. His ita dispositis apparbit de caelo sensim advenit potentissimus Judex, ait S. Thomas de Villanova, (conc. 2. in Dem. 1. Adv.) *Angelorum millibus comitatus, in nubelucida, velut in triumphali curru evehitur, signis, & velut vesillo, triumphis desuper in omnium oculis radiante.* Eheu! vilo Judice, quantus pavor, quanta erit confertatio! Thronus enim Judicis Majestate plenus, potestas Judicaria, Angelorum Hierarchia magnifica praesentia, et omnium Coelstium promptum obsequium, Spirituum infernalium ad nutum pueris obedientia, nec non omnium creaturarum ab eo infallibilis dependentia, mirum in modum in reis terrorem augebunt.

Homines Sancti, & Electi terrentur aspectu Christi.

2. Proposito. De hoc adventu, potestate ac majestate Judicis, ejusque comitatu, tanquam altera extremi Judicii circumstantia hodie differamus, Christiani Auditores, hujus adventus me commonefaciant verba hodierni Evangelii: *Tu es, qui venturus es.* Volo iterum, ut quilibet sibi imagineur, se huc tragoe dia esse praesentem, omnia oculis cernere, & de fe quoque hanc catastropham inevitabilem eventuram narrari, &c.

3. Confirmatio. Dilectus Christi Discipulus Joannes in Apocalypica mysteriorum visione vidit olim Filium hominis, inter septem candelabra, vestitum pedere, praecedunt Zona aurea, caput ejus erat candidum velut lana munda, oculi inftar ignis flammantes, vox rucea, velut sonitus aquarum; & ecce! hac visione ita cohorruit, ut in terram semianimis ceciderit: *Cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus.* (Apo. 1.) Simile quid legitur etiam de Daniele Propheta: cum esset juxta fluvium Tigris, apparuit illi Vir terribilis, cujus facies erat quasi species fulguris, oculi velut lampades ardentes, pedes quasi species aris candidatis, & vox sermonum ejus, ut vox multitudinis; & ecce! hic etiam visione ita fulx conterritus, ut grande animi deliquium fit perpessus: (Dani. 10.) *Emerui, nec habui quicquam visum.* Itane homines etiam sancti, ac innocentes tanto timori sunt obnoxii? ita est: quis enim Sanctorum, quis Angelorum non expavescat ad faciem Dei Majestatis & potentia plenissimi? *Monitus fuit cora flavescere a facie Domini,* ait Palmographus: (Psal. 103.) per montes intelliguntur Sancti: quemadmodum testur cera, exempli causa, cereus infantulus ad ignem constitutus dissolvit, ac formam, figuram, & venustatem perdit; ita ad faciem Domini homines sancti sensibus omnibus corporis, omnibusque potentis animae enervantur, ac deficiunt, prout Apocalypico Vtriac Danieli evellisse diximus. Jam audite argumentationem Doctorissimi Micholacensis (Spec. Mor. lib. 2. dist. 3. in hac verba differentis: *Si tam Sancti, tam carum amici Dei, tam innocentes & Virgines,* set-

felices Joannes Evangelista, & Daniel, viso antea Angelo, tanquam mortui ceciderunt, cum tamen Angeli illi mitterentur ad illorum consolationem, quia facturi sunt in Judicio peccatores, videlicet vos Sancti, & Angeli missi ad eorum consolatorem, & condemnationem? &c.

Judex asponet quasi omnem misericordiam.

4. Mirabitur forte aliquis, quareque: An ergo inaequatus Dei Filius, Redemptor ac Salvatore noster demerentissimus, qui pro salute hominum tantum pretiosum ad ultimum guttulum effudit, an in illa die omnem omnino misericordiam exuret? ita est, exuret, Recordamini Patriarchae Moysis, cum populus idololatrica impietate vitulum aureum adoravit, ille in monte Deusupplex veniam, ad remissionem peccati exorabat (Exod. 32.) at cum de monte in vallem descendere, armata manu in impiis favens viginti trium millium stragem fecit, Quid hoc rei? an alius jam est Moyses in valle, quam antea erat in monte? ita est, alius est; nam in monte advocatum egit, in valle aurem Judicem. Hac figura nobis Christum representat diversissimum a seipso: dum adhuc mortali carne indutus ambulabat in hac terra, in monte Oliveti, in monte Calvariae, Advocatum egit humani generis, ideo pius, mansuetus, & benignus erat erga peccatores: at in valle Josaphat immisericors, ac austerus erit, quia Judex; ibi cadet, tonet, saeviet, condemnabit, &c.

Potentia Judicis in se, & sui ministris.

5. Neque per se solum fulmina mittere, sed & per justitiae suae ministros Angelos, quorum millia, millium ministrabunt ei, & decies centena milia asserent ei. (Dan. 6.) Cogitate, obsecro, Christiane anima! quanta hac sit potentia Judicis, & executorum Angelorum. Olim contra exercitum Assyriorum, urtem Solyman obidentium, stetit unus Angelus, & ille solus unica nocte centum octoginta quingue, armatorum milia trucidavit. (4. Reg. 19.) Olim contra integrum Aegypti regnum missus est unicus Angelus, & hic, caesis una nocte primogenitis immensam stragem edidit. (Exod. 11.) Si hoc valuit unicus caelestis spiritus, quid, quaeque, efficit integer novem Hierarchiarum exercitus? quanta erit Angelorum Judicem comitantium potentia? quam terribilis aspectus? hodie Deus! tu olim de caelo fixisti Luciferum cum fequacibus spoliatis, neque tantum ibi apparatum adhibuisti, quantum nunc tibi est contra infirmos, hotuaciones. Eheu! quis non exclamet cum S. Augustino: (Serm. 37. de temp.) *Quid facerem in isto momento Judicii die, cum tremente mundo Dominus, praesentibus Angelis, quicquid in illo marshalli suo throno, circumstantes caelesti militiae luce confunderet.*

6. Ante caeleste hoc Angelorum agmen praerret Sanctus Michael sanctissimum crucem, ut opinatur Joannes Eckius, (hom. de S. Michael. Marth. 25.) *Tunc parabit Equus Filii hominis, Claus Spicula, Continus. Pars I.*

Quamvis enim sanctissima Crux, nunc in mille particulis divisa, & per totum orbem dispersa sit, putant nihilominus S. Chryllostomus, (de cruce & Labi.) & S. Ephrem (1. de ver. panis. c. 4.) habere particulas prodigiose electas, & crucem reparatam iri. Ceteri Angelorum portabant cetera Passionis Domine instrumenta, ut lanceam, fustes, spinas, columnam, flagella: ut autem hac instrumenta splendorem datura sint sole meridiano clariorem, diversissimo tamen fulgore perfiringent electorum, & impiorum oculos. Electi letabuntur vasa cruce, quam in vivis ambobus brachiis amplexi sunt. Econtra impii fremunt, & fridebunt dentibus, cum recordabunt, se selegato vivendi genere fructum Domine Passionis ultro perdidisse, fuisseque, prout loquitur Apollonius, (Philipp. 1.) *Imitator Christi.*

7. His ita dispositis, tremendus Judex occupabit paratum sibi sedem. *Vidit hominem magnum candidum.* (Apo. 10.) A dextris illius erectus stabit thronus Beatissime Virginis, ac Desipulantis Mariae, quae melior Beatae a latere Divini Salomonis erit. Circumcriba stabunt minuculae sedes, Apostolis, & pauperibus spiritu purate, quibus Christus Dominus in voluntariae pauperatis compensationem promittit: *Sedebitis super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* O quam diversis iterum aspectu intuebantur hunc confedem Electi, & reprobi! Nunquam vidistis Auditores! picturam talem, quae si a dextra parte aspiciatur manifestissimum Agnum, si a sinistra parte aspiciatur, horrendum leonem representat? talis erit differentia Judicis visi a dextra parte ab Electis, & visa sinistra parte a reprobis, illis Divini Judicis facies tanquam amabilis, illis tanquam terribilis apparebit, dicente S. Isidoro: (1. de sum. bono. c. 20.) *Pro diversitate conscientiarum & merito apparebit Christi, electis, & terribilis reprobis, &c.*

Vox Judicis horribilis.

8. Augebitur in immensum terror, cum vox Judicis insonabit. O horribilis vox! hac illa vox est, quae passim in uribus cum tonitruis, cum sonitu aquarum multarum, cum voce multitudinis, cum clangore tubarum, ac lituorum comparatur. Audiamus considerationem Sancti Gregorii Magni circa hac vocem: *Incarnavus Dei Filius amarissima Passionis tragodiae initium datus, in montem Olivarum recessit: cum ibi inter orationes ad Patrem filius morabatur, adliertur Judicium, ac Ministrorum phalangibus, quasi lucernas, funibus, cuneis, fustibus armatis, inconstitit cum tumultu in hortum irruerant. Christus Dominus generose illis proclit obviam, interrogavitque: *Quem quaeritis?* (Joan. 18.) responderunt unanimes voces: *quarimus Jesum Nazarenum.* Quibus Dominus mansuetissime, ac amabili voce subintulit: *Ecce Ego sum.* Rem miram, & audita prostigiam, hac voce illi, tanquam fulmine exanimis facti, in terram corruerunt, cadaveribus, quam hominibus vivis sumi-*

liores. O Bone Deus! si in auribus impiorum tam terribiliter tonuit vox mansueta, quid esset in illa die vox Numinis irata? si tam horrenda fuit vox Dei iudicantis; qualis erit vox iudicantis? percipite verba Gregorii: (*ap. Mich. a Calu. conc. 6. S. n. 5.*) *Quid facturus est, cum iudicantur venerit, qui una voce hostes suos percussit, etiam cum iudicandus venit?* O quam terribiliter in auribus impiorum personabit illud *Ego sum*, cum dicitur Iudex ad Judam praeceptorem cum execranda Sicariorum, & homicidarum appendice, *ego sum*, quem vos tradidistis! Cum dicit ad Neronem, ad Diocletianum, ad Decium aliosque tyrannos, *en ego sum*, quem vos in Sanctis Martyribus persecuti estis! Cum dicit ad Pilatum & iniquos Iudices, *en ego sum*, quem vos innocenter in crucem egistis, & in meis pauperibus iniquis sententias opproissistis! Cum dicit ad Machometem, ad Arium una cum infanorum, ac Hæreticorum agmine, *en ego sum*, cuius vos tunicam inconfutibilem, id est, Ecclesiam schismaticam, & celeratis dogmatibus dilaniastis! Cum dicit ad Sardanapalum, & imman-dotem Veneris de hara Icones, *en ego sum*, cuius vos sanctissimam Legem brutalibus deliciis, obsequiis volupatibus posthabuistis. &c. Christianæ anime! quid putatis? quomodo ad huius vocis tonitru se habebunt impii peccatores? cheu! ita erubescencia, confusione, ac rabie contabescant, in illas præoptaturi sunt, ardere in inferno, quam stare sub conspectu, & voce Iudicis. Quid? in inferno ignis est atrocissimus, conscientia vermis intolerabilis, demonum laniena crudelissima, & tamen libentius forent damnati in inferno, quam in iudicio? ita est; ita est: expresse enim id docet S. Laurentius Justinianus, (*apud Bess. conc. 4. de iudicio p. 4.*) & Sanctus Hieronymus (*opus. de contempt. mundi. c. 16.*) ille dum ait: *Damnati melius esset inferni pœnæ, quam Domini presentiam ferre.* Ille dum asserit: *sicut latere ne mihi est possibile, ita damnatis apparere insolerabile.* Immo sanctus Job in persona impiorum videtur asseruisse verba illa: *Quis mihi hoc arduus, ut in inferno prætergar me, donec portam inferni fuerint?* (*Job. 14.*) &c. &c.

9. *Epilogus.* En Christiana pœnora! hæc est illa altera iudicii circumstantia, hic ille terribilis adventus Iudicis orbem universum iudicaturus. Ah! quis non contremiscat, & viribus omnibus allaboret, ut tunc securus appareat? Sanctus Vincentius Ferrerius (*serm. de corona.*) commemorat de quodam Juvene, qui quantum pulcher erat aspectu, tantum moribus deformis, quod nocte quadam somnasset, se coram tribunali Dei stare, de omnibus vitæ actibus rationem redditurum, & ecce adeo inhorrat hoc somnio, ut omnibus capitis capillis perficere incenserit. Et nos miser cheu! conspectum Iudicis tam parum expectavimus! quæso cum hu firmiter fatales comete lucent, cum sol eclipsi obscuratur, quantus est hominum pavor? & non timebimus Divinorum oculorum fulgurantes cometas, non timebimus Dei faciem, ira, &

furore obscuratam? cum urbi cupiam inimicitia, & bella indicuntur, nemo non sollicitus est, nemo non se præparat ad futuram obidionem. O Dilectissimi! nobis, qui Deum peccando offendimus, indicta est Dei Iudicis inimicitia: quid factu opus est? præparatio facienda est, ut securi comparcamus, salubri penitentia mature expianda sunt crimina, humiliter nunc clamandum est: *Cum veneris iudicare, noli me condemnare: cum veneris iudicare, noli me condemnare:* &c. &c.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS III.

De falsitate, & simulationibus mundi, cui nihil odiosius est veritate.

Joannes in Vinculis. Matr. II.

EXORDIUM.

Veritas ubique odiosa.

1. **R**EM miram percipite, Auditores! Hænestissima quadam, & venustissima Mater, quotiescunque prole fecundatur, semper filiam parit monstruosissimam, turpissimam. Quænam hæc Mater? Veritas est: quænam filia? Odium: iuxta tritum axioma: *Veritas odium parit.* Nihil odiosius est veritate, nihil communis simulationibus: qui nescit millenis fictionum involucris animum velare, qui candida sinceritate loquitur, prout cogitat, & agit, prout loquitur, pro homine bardo, ac simplici habetur, ex aulis Principum, a castellis Nobilium, & etiam a casis trivialium proferibitur, contemnitur, & irridetur. Plane Veritas videtur ex toto orbe proscripta; hinc Prædericus I. Imperator aulicorum nonnulli, qui in illam regionem, a qua simulationem exulant, se venturum sperare atereant, repolati, id nunquam futurum, nisi mundo exierit. Non opus est, hæc doctrinam proluxe evoluitis hiliarium fastis, & exemplificare: inspicite hodiernum Evangelium: (*Matth. 11.*): quid ibi? *Joannes in vinculis hæc: quid? ille Domini Præcursor? illud sanctæ austeritatis prodigium? ille penitentia præco? ita est: ille ipse: quid ergo delicti admittit? Herodes Rex degeneravit in Plutonem; quia rapuit Proferpinas, tulit Philippo fratri suo uxorem, cum qua in publicis adulteris scandalosissime vicissabat. Hæno impietatem exprobravit Joannes Regi, ingeminans autem illud: *Non licet! Non licet!* nunc ob dictam Veritatem damnatur ad carceres, & jam nihil deest ad infernum capitis sententiam, quam fulsum puella saltatrix. Herodes erat astuta vulpes, acceptor, qui ut ait S. Chrysologus (*serm. 29.*) *calliditate regnabat, pessidabat delictis, & simulatione postebat, atque ideo erat olor veritatis, & inimicus veridici Joannis.* O sancta Veritas,*

In aulis meris blanditiis.

tas, ergone ubique vapulas? ergone ab omni ætate, & conditione hominum nascaris, & vel in ipsis sacris præconibus odio haberis? Plus amatur blandimenta, quam sinceritas, mendacia præferuntur veritati, & nemo non est, qui non sudeat arti fingendi, mentiendi, simulandi.

2. *Propositio.* Christianæ anime! compatiatur oppressa Veritati, & nostri etiam sæculi pervertitatem admitemur: quid, quæso, in contractibus, in negotiis, in amicorum confortiis frequentius, quam fictiones, & simulationes? dominantur fallacia, nullibi sincera Veritas, id quod in præfationum Favete.

Sæculum nostrum merito dicitur sæculum mendax. Quia omnia sunt fucata.

3. *Confessio.* Cuncta sæcula a Christo nato usque in hunc diem nata sunt aliquod prædicatum iuxta mores, quibus fuerit imbuta: primum sæculum dictum fuit prodigium, secundum victoriotum, tertium solitariam, quartum doctum, quintum barbarum, sextum contradicentem, septimum ignorans, octavum ruinofum, nonum extravagans, decimum politicum, undecimum invidiosum, duodecimum miseram, decimum tertium irosium, decimum quartum caddele, decimum quintum schismaticum, decimum sextum hæreticum. Quale autem putatis eloquium tribuendum est nostro, in quo decimus, decimo septimo? puro ego, citra injuriam posse vocari sæculum mendax: ipsæ artes nostræ ad fucos, & apparentias sunt intentissimæ: quotidie mundus fit pauperior, & tamen nolunt artifices ligna, telas, parietes, & muros apparare ex lato, prout sunt, sed ex auro; ideo decurrantur, pinguntur, incrustantur; in Ecclesiis, ubi sedes est veritatis, nullifamen-ta invenimus: illi formice videntur esse ex ebano, & sine ex pyro; illæ columæ videntur esse ex marmore, & sunt ex calce; illa candelabra argentea videntur nitens præciosa, & intus sunt concava; ille calceus videtur esse aureus, & est cupreus; illi smaragdi, & rubini non sunt, nisi vitra rubra, & cærulea. Divitia non amplius fuit, nisi ad factantiam, & ostentationem: illa filia opificis sub vestibis feris videtur primæ nobilitatis domicella; illa Vexilla sexagenaria sub vultu alieno videtur juvenca; ipsis titulis sparguntur mendacia; multi se scribunt de pagis, & castellis, quæ extant in concavo Luna: Quid dicam de moribus, de affectibus animi, de loquela? ibi mera fallacia. Miratus est olim orbi, quod cor Aristodemi inventum sit totum capillolum; sed hoc hodiernum nihil est novi, cum cor fere nullum calvum sit, & sine cortice, mille figmentis & tegumentis oppalliatur animus, dicente Ambrosio: (*1. de Paradis. c. 13.*) *Multi simulationum involucris mentis humana velantur.*

4. Quid agit in aulis Principum, & Nobilium? ibi exalatur veritas, dominantur mendacia: siquis gratus est Principi, ad bene nuncius, ab adulteribus fere adoratur: si modice dicitur literis tinctus, vocatur alter Augustinus hujus sæculi, Plinio doctior, Tullio eloquentior, Horrenio gratior. Si militari officio polleat, dicitur Ottomanice potentia dominator, Africa, & Asia resistitor. Si sit artifex, dicitur ingeniosior Dædalo; si musicus, suavior Orpheo; si Astrologus, doctior Tycho-ne, & Copernico. Ita fit! multi non curant esse grandes, dummodo tales videantur. Quid de iplo Principe dicam? ille nil nisi blanditias percipit, etsi mille errores committat, laudatur tamen optime fecisse; hinc merito Alphonsus ille Arragonia Salomon infelicem pronuntiavit Principem, eo quod raro, aut nunquam adiat veritatem, nisi forsitan a morione.

In Iudiciis captiviones, & dissimulationes.

5. Quid agit in iustitia tribunalis? ibi si de foro criminali sermo est, nec equulei, nec catalæ sufficiunt ad extorquendam reo veritatem; omnes se proclamant innocentes, & perperam accusatos. In foro vero civili Notarius est falsarius, velles perari, advocatus patris, Iudex iniustus, omnes de mendaciis ditescunt, permitunt debitorum accipere, iustam possessorem privari, innocentem condemnari: quin immo de magna prudentia sibi blandiantur, si causas lavare, & iustitiam linguam serpentinae nunc callida, nunc frigida evomere queant; id quod deplorans Gregorius ait: (*1. 24. Mor. c. 16.*) ait: *Sapientia hujus mundi est, cor machinationibus tegere, sensum veritatis velare; Mentis proferpit, urbanitas vocatur.*

In officinis mera mendacia.

6. Forsan Veritas reperitur in officinis opificum, in tabernis mercatorum? Ohe! nullibi minus: ibi adulterantur merces, ibi corrumpitur pondus & mensura, ibi venduntur mendacia. Per Jovem, dicit ille, hic pannus est Hollandicus, aut Anglicus, & erit domesticus. In caput meam iuro, sex florenis solvi unam; nec credo, quod confiteri duobus: ille Nobilis tantum mihi dedit: nec tamen unquam eum vidit. Quis acris persequitur veritatem, quam mechanicus? sutor promittit tibialceos in diem Sabathi; sed toto anno non dat, nisi verba: scrinarius dicit, opus fere esse finitum; & necdum incipit: opifices jurant, laborem esse præstantissimum; & est pessimus. Superi boni! orbis universus non nisi falsitatibus regitur, in actionibus, & negotiis hominum non nisi fraudes, & circumventiones reperiantur: si mendacis vestigal indiceretur, reliqua tributa cetera damnium Principis possent tabrogari, quia redditis omnes multo transcederet census mendaciorum.

Ipsi puri & juvenes, alias a natura candidiores, jam calcent univo responso decemendacia effuere; ut virgi fe subducant, si peccaverint, mille exultationes preterant; quamvis necdum sint potate, cuius tamen historie complures fabulas immitent.

Amicitia sunt plerumque simulata.
7. Tolerabile utcumque est malum, nisi pessima fingendi, fucandique libertas ipsam etiam amicitiam, & fidelitatem, virtutes humanis negotiis per necessarias, turpiter corrumpere. Antea habuerunt homines in miseris suis illud solatum, quod quilibet Theusus inveniret suum Pirtheum, quilibet Achilles suum Patroclum, quilibet Pylades suum Orestem; sed hodie amicitie degeneravit in merum apparatus ceremoniarum. Nobilis ille jurat alteri, quod eum amec velut Pollux Catozem, nunquam eum obvium habet, quin, paximissa reverentia, manus ejus fringat, dicatque: Revera succento exiguaz mee fortuna, que non permittit, ut Domini obsequis me impendam: ergo Dominata ita otiosam permitte, non exopto, nisi occasione illi serviendi, non puto me vivere sine illa: centum titulis dum illi obstrictus, nihil est domi mee, quod non sit ad ejus obsequium: &c. Ita os quidem loquitur, verum iuxta dictum illud Homeri: (Ib. 1. Iliad.) Longe aliud verbi prodant, quam mente voluntant. Veniat tempus, & occasio, ut obsequium reges a loquaci hoc Thracone, qui factat nihil esse suum, quod non sit tuum, contingat, ut ab eo petas intercessionem apud Principem, & statim replicabit, se non esse ei familiarem. Fiat, ut mutuos petas aliquot aureos, & statim dicit, se summam ingentem expendisse, ac modo se non esse nummatum. Accidat, ut petas ab eo fideiussionem pro debito, & statim asseret, se patri promississe, hoc non facturum. O fallaciam! O deceptionem! falsissimum est illud: Amicorum omnia sunt communia: nihil enim communis video inter amicos, quam fallere, mentiri & decipere.

8. O nos miseris! quia simulatione, que hodie grassatur in mundo, in eas angustias sumus reddacti, ut nesciamus, cui fidere debeamus! Olim unicum ita, aut non firmius erat, quam nunc: jurate promissiones. Attilius Regulus promissit Carthaginensibus, (Eusebi l. 18. de bello Carthage.) ubi captivus erat, se post pacem, cum Romanis compositam, in captivitate rediturum: hoc promissio Carthaginenses certi erant potius vitam ab eo profundendam, quam datam fidem violandam esse: & vero rediit Attilius; nunc autem pacta, que sancte panguntur, pro libitu franguntur: nunc fides data non servatur, subscriptionibus etiam juratis non statur, sigilla & opignorationes nihil prestant securitatis. Fingit aliquis, quod tibi sit amicissimus; interim dum tua arcana expiscatur, facile illis utitur in suam lucrum, & in tuum detrimentum. Scripsit Philolephus: (Aristot. lib. 9. Et hic.) Qui fingit se amicum, & non est, peior est illo, qui facit falsam

monetiam. Fallaxi, qui monetas adulterant, capitali supplicio plectuntur. O si idem fieret falsis amicis, na paulo post totus mundus fuis incollis evacueretur. Videmus incidisse in illa tempora, de quibus vaticinatus est Daniel: Simulatio est bestia multicolor, & hodie canis soluta est: Robur datum est ei, & prebentur Veritas de verba. (Dan. 8.)

9. Nonne erubescere debemus, mei Christiani! quod in veracitate, ac fidelitate punitam ab ipsi gentilibus superemus? Christiani vocantur fideles a professione fidelitatis. & ob eandem causam olim neo-baptizati in tubanum candidis vestibus; hinc inculcabatur illis Dominica in Albis illud Augustini. (serm. 117.) Candor, qui de habitu depositus, semper in corde tenetur. Nunc autem, O tempora! O mores! quo abiit candor, & sinceritas? Sanctus Pachomius, (Sermone lib. 3. c. 14.) qui sub senumeravit spiritum prospiceret, in tot classes eos divisit, quot literas continet alphabetum; ita tamen, ut diviso ista non careret mysterio: qui ppe littera L complectebatur eos, qui omnium rectissimi, candidi, ac simplices erant; qui littera Z illos, qui infecti, duplices, ac vasi erant. &c. si hoc idem Christianorum numerus ita alphabetice distribueretur, heu! metuo, ne paucissimi sub littera I notarentur. Quis, si Christus in mundum rediret, an possit multis Christianorum illud elogium tribuere, quod dedit olim Nathanaeli, quem verum Israelitam, totum sincerum vocavit; Heu! dabo tibi subito! quia plena sunt omnia fraudibus, ac fallaciis. Narrat S. Antonius, (2. parte. 9. §. 5.) Christiano cuidam a Judao mutuum fuisse datam pecuniam, quam iste deceminato restitutionis tempore repetit. Negat Christianus, se quicquam debere, pecuniam illam jam dudum se illi reddidisse. Re devoluta ad iudicem, petit Judaeus a Christiano, ut asterum suum iuxta vendideret. Quid actum, audite astutum. Christianus veripellis deceptor, cannam, aut baculum sibi confici curaverat inter vacuum, in quo aureos Judaeo debitos subdole inclusit. Hunc baculum igitur Judaeo in manus tradit, rogans, ut eum teneret, donec ille juvanti formulam absolvisset? ita impudenter juravit, se debitorum pecuniam restituisse. Verum non iridetur Deus; dum domum rediit perjurus, in via obdormit; & a praterente carru obtritus, ac fracto baculo iras proclia est. Judaeus, accepta pecunia, agnitioque Dei puniens supplicio, ad fidem conversus fuit. Ita fit, excogitantur mille artes, & astus, putaturque per ejusmodi imposturas falsis fieri conscientie & aequitati: ubi aliquot crucigerorum lucram assulcat, non contentantur juramenta & perjuria. &c. &c.

10. Epistolaz. Dilectissimi Christiani: Non ita: non ita: Abominatio Domini est omni illud, ait sacer Proverbialis. (Prav. 8.) In omnibus actionibus contractibus, & negotiis sinceri estote, & studiosi veritatis: scitis, qua ratio-

ratione sincerus, ac verax animus constitutus esse debeat? Egyptii pro sinceritatis symbolo pingebant cor, cui lingua erat alligata: ita sincerus homo constitutus fit, linguam & cor connexa habeat, quod cor cogitat; lingua loquatur, & hec sancta simplicitas est fundamentum vere virtutis; contra homo bilinguis, ac duplex nihil omnino habet vere ac solida probitatis, iuxta dictum venerabilis Bede: Simulatio, cuius semel animum imbuere, tota virtutum pulcritudine, & veritate fraudabit. &c. &c.

Dominica III. Adventus
CONCEPTUS I.

Demonstratur Presentiam Dei omnia cernentis esse efficacissimum contra peccata remedium.

Sicut medius vestrum, quem vos nescitis. Jo. 1.

EXORDIUM.

Oculi Dei sunt visus acutissimi.

1. Questionem ad vos, Auditores Christiani: dicite, quinam sint acutissimi visus oculi? respondebitis, inter volatilia esse oculos aquile, que lucidissimum solis lumen irretorto vultu considerat: inter quadrupedia esse oculos Dama, que e fumis rupibus subjectas valles accuratissime obtutu perlustat. Oculi optimi; sed scio meliores. Inter homines celebratur Cesar Augustus, (Plinius l. 11. c. 36.) cui geminum oculorum fulgur ita e vultu emicabat, ut a Legatis absque pavore aspici haud poterit: & Cesar Tiberius, (Idem l. 11. c. 37.) cui visum adeo perspicacem fuisse perhibetur, ut etiam de nocte absque luminis adminiculo legere, ac scribere valuerit. Oculi optimi; sed scio meliores. De Strabone quodam tradunt Historici, (Salmasius.) cum tanta visus acie fuisse, ut triginta quinque nulla passuum procul conspiceret, quin immo, durante bello Punico, a Lybia Sicilia promonitorio Carthaginiensi libero oculo prospiciens, numerum navium e portu exeuntem ediderit. Oculi optimi; sed scio meliores. Sanctus Ambrosius, Mediolani existens, non obstantibus fateris otitis albis, prodigiose vidit, que Taronis gerebatur; enim die, hora, ac momento, quo Sanctus Martinus moiebat, obtutu sancti Viri denuntiavit. (Sextus Fulgentius de obitu S. Marti.) Oculi optimi; sed scio meliores. Sanctus Antonius Paduanus, Philippus Nerius, Catharina Schemis, alique oculissima cordium arcana, absque Momi fecula, perpulerunt. Oculi optimi, sed scio meliores: scio oculos, qui nullis facis obvelari, nullis miferis obstruere, nullis repugulis excludi, nulla distantia enervari, nullis latibulis decipi, nulla arte possunt defraudari. Quinam suat hi oculi? audite Ecclesiasticus: Oculi Domini multo plus audiret sunt super solem, circumspicerent omnes vias hominum, & profundum abyssi intuerent in absconditis partibus. (Ecc. 23.) &c.

2. Propefitia. Christiane anime! patimini, ut hodie vobis veritatem inculcem, cujus anam mihi ministrant hec verba Evangelii: (Jo. 1.) Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, id est, differunt, de Divini oculi, omnia cernentis; presentia. Est hec materia, siqualia, contra infrascriptos peccatorum pruritus efficacissima, dicente Cornelio a Lapide: (in Gen. 6. v. 9.) Hec una cognatio, si esse offensa, contra omnia vitia medalem preboret. Favete.

Huminum oculi possunt decipi, non vero Dei.

3. Confessio. Cervus, insectantium venatorum infidias fugiens, metu dilapsus est in strabulum: hic malum rogavit, ut paullulum spatii sibi indulgeret, donec transiret; effecit venatores: cui mulas, hic nullam inventis fecerunt iratem; brevem adierunt & herus, & famulus: (Daniel in Niveca l. 2. c. 10. §. 8.) Cervus, opinio nis sua tenax, sub sensu cumulum sese recipit: adest famulus, nec tamen meticulolum animal, sub senso profundius latitans, observat. Cervus misere sibi gratulatur, quod famuli oculos fefellerit, jam pene omnem periculi metum abiecit. Cui malus: Mi frater, hunc talpam decipisse non artis, sed fortuna fuit: ve tibi, si venere Herus, lyceos habet oculos, hunc si fefelleris, & triumphum cane. Paulo post adventat herus, triumphum omnia sagaci oculo perlustrat, incidit in cervinum cornu, quod e sermo prominebat. Confestim convocat famulos, cervum protrahit, qui miser metu palpitans expertus est fuisse caecum, quod asylum putabat. Hanc fabulam explicans, Drexelius ait, servi sunt, quotquot mortales vivunt: Dominus omnium solus est Deus: servorum oculos decipere nimis quam facile esse: dantur mille larvaz, mille pallia: mille excusationes, mille fingendi artes, quibus mortuibus oculis palpum obtuocunt. Rebbecca decipit Isaacum pelliculis hircorum. Labam decipit Jacobum deformi Leai, Jacob decipit Amaliam ficta amicitia; David decipit Regem Achis simulata amentia, Michal decipit milites Saulis fatuata decumbente in lecto: Verum contra Deum nihil regi, nihil palliari, nihil simulari, nihil abundant potest: ille videt, considerat, & clarissimum obtutu intuetur omnia. Homo videt, caelestis pariter, Deus autem intuetur cor. (1. Reg. 17.)

Est impossibile Dei oculum fugere.

4. Superstitiosa gentilitas tria judicavit esse impossibilia, scilicet Jovi, Homero verum, & eripere clavam Herculi; (Macrobios l. 5. c. 3.) verum ante omnia impossibilis est eripere Deo vitium; age, mi homo, quare sylvanum ablitia, ferarum latibula: Domuum specus, montium cavernas, solitudinum recessus, indaga tenebras illis, Egyptiacis denotat, & frustra agis: non poteri evitare Dei oculum, qui videt clarissime omnia. O quas non artes inve-

invenit Psalmista David, ut eripere se posset Divino conspectui; sed agnovit deum, se actum agere: *Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumptero pennas, etis diluculo, & habitaveris in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* (Ps. 138.) Hac verba Psalmographi non absolute, sed conditionate accipienda sunt, ut observat Bellarminus: (*hic*) etiam possem ascendere in caelum, etiam possem descendere in infernum, etiam possem fugere ab ortu usque ad occulum, tamen non valeam me eripere tuo, O Deus! conspectui.

Præsentia Dei efficax remedium contra peccata.

5. Edic modo, mi Christiane! credis hanc veritatem? Ne ego tibi vehementer gratulor, si credas: quæris, quare? quia, si hanc præsentiam Divinæ veritatem constanter animo obversantem habes, factum habes validissimum contra quorumvis peccatorum incurtus: audi Augustinum: (*Soliloq. c. 14.*) *Nobis est inditæ necessitas iuste & recte vivendi, quia cuncta factimus ante oculos Iudicis, cuncta cernentis.* Pone sitrem, qui jamjam januas efringente, & in aliena involare præsumit; cum ecce advenit præsentiam Iudicis, o quam cito a furto opere manus retrahat! Pone conjugem, quæ jamjam allicitur proco in adulterium consentit; cum ecce maritum adventantem percipit, o quam cito se ad modestiam compoat! Pone Discipulum in insolentes petulantias effundit, cum ecce a Magistro se observari animadvertit, o quam cito compositos mores indat! Pone famulum indignandum in inconditas balphemias erumpere, cum ecce Dominum penes se stantem subito conspiciat, o quam cito itam, ac linguam moderatur! quæsi præsentia hominis adeo potenter a malo nos retrahit, quanto magis præsentia Dei Iudicis, ac vindicis a peccandi libidine nos debet revocare? Certe ab experientia habetur, quod illi homines, qui Dei præsentiam constanter ante oculos sibi stantebant, ab omni peccato alieni in via mandatorum sedulo progressi sunt: *Omnes via mea in conspectu tuo, ait David: quid sequitur? Servavi mandata tua, & respicientia tua.* (Ps. 118.) Contra illi, qui Dei omnia cernentis oculum obli-viose non attendebant, brevi in turpissimam fecerunt abyssum demersi sunt: *Non est Deus in conspectu ejus. Quid sequitur? Iniquitatem suam via illius in omni tempore.* (Ps. 6.) Juvat hanc antichæm porro & Scriptura dilucidare.

6. Dnus invenio mulieres in horto gravissimè tentatas, Evam videlicet, & Sufannam: prima a serpente ad eum vetiti pomi, altera a duobus senibus ad pendendum libidinis factus fuit invitata. Illa tentationi consensit, sanctum prohibuit comedit; altera generose vicij, castitatem conservavit. Quis mihi nunc Oedipus dixerit, qua de causâ contigerit illam cecidisse, istam stetit? an forsitan ascri-

erat tentatio serpentis, quam duorum senum? nequam: prima enim erat tentatio gula, altera lasciviz; scimus autem ab experientia pauciores inveniri victorias in pugna lasciviz, quam in pugna gula. Ne vos prolixè detineam, Auditores, percipite responsum Zelotissimi Josephi de Bazzia: (*form. c. num. 24.*) *Sufanna habebat ante oculos Dei omnia cernentis præsentiam, id quod satis clare suis illis verbis exprimit: Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* (Dan. 1.) Atque hac imaginatio eam instar umbonis validissimi contra lascivientium senum insultus tuebatur: contra Eva damnabili errore existimabat, se a facie Dei posse occultari; cum enim Dominus paradysum ingressus interrogabat, Adam ubi es? ait facer textus, *abscondit se Adam & Uxor ejus a facie Domini.* (Gen. 3.) Hæc erroneæ persuasio erat fomentum totius mali, & causâ lapsus originalis. En, mi Christiane! quid proficit Divinæ præsentie imaginatio, quid nocet ejus oblitio? Hinc homines justi a doctissimo Speranza comparantur mysterioris illis animabus Ezechielis, *quæ plena erant oculis ante & retro.* (Ezech. 2.) Mirum! habebant oculos in manibus, oculos in pedibus, oculos in auribus, oculos in labijs, oculos in corde: Ita homines justi in omnibus membris, in omnibus tam corporis, quam animi facultatibus oculos habent, quibus semper Deum respiciant, ut nihil operentur, nullum gressum faciant, nihil videant, nihil audiant, nihil loquantur, nihil cogitent, quod est indignum Divinæ præsentia! (*Speranza script. sol. punct. 59.*)

7. Ingressus quondam in cubiculum devotæ anime vidi in janua, in cistis, in sellis, in mensis, in fenestris affixas schedulas, quibus inscripta erant hæc verba: *Deus me videt.* His sensuallibus devota illa anima seipsum in omnibus actionibus communit Divinæ præsentie, O auream, & summe proficuum paxim! agite, vos Principes, in vestris aula, vos Judices in vestris curijs, vos Superiores in vestris subcellis, vos Officiales in vestris cancellarijs, vos Studiosi in vestris scholis, vos Opifices in vestris officinis, vos cupones in vestris popinis affixite hæc verba: *Deus me videt.* Tu anima Christiana scribe hæc verba in memoria, in intellectu, in voluntate, in quicquid corporis sensibus, in intimo corde, & expecteris innumera peccata præcepta etc.

8. Hoc illud artificium est, quo sanctus Abbas Paphnutius (*Martulus l. 3. c. 2.*) Thædem insanam meretricem ad saniorum mentem revocavit: Venerat Paphnutius in illius aedem quem turpitudinis causâ hæc delatum arbitratâ Thais in secretissimum cubiculum duxit. Haestabat vir sanctus timore, & haud fatis hæc turus se causatus aliud requisivit. Ductus est ab alio in aliud, & demum in subterraneam specus. Necdum satis securus sum, ait sanctus Abbas, ostendit recessum adeo tenebricosum,

quo nec oculi Dei penetrare valent: Pellicæ in sua potestate id sum non esse affirmante, in ærem invecivam erupit; cum hoc non ignores, inquebat, nonne infelicissima es; quæ propter brevissimi temporis voluptatem & te, & omnes, quibus tui copiam facis, perdidisti eas, & cruciatibus depuit æternis? Erubuit mulier, in lacrimas prorupit, turpem vitam confutendum detestata est, universa, quæ meretricio questu paraverat, ornamenta, publice combussit, & mundo valedicens per austeram penitentiam antea hæc vita noxas exolvit. Sec.

9. *Epiloque.* O anima Christiana! tu Dei præsentiam continuo ante oculos habes, & certe erubescere coram Deo perpetraret, quod coram me erubescere coram Deo perpetraret, quod coram Josepho Ægyptiaco: (*Con. 39.*) quomodo possum hoc malum facere, & peccare in conspectu Dei mei? Non possum. Non possum. Amen.

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS II.

De tertia extremi Judicij circumstantia & horrore, nimirum de rigoroso examine.

Tu quis eris? Joann. 1.

EXORDIUM.

1. **N**octurno tempore, cum opaca tenebrarum nigredo hanc terram obumbrat, res hujus mundi non sunt inter se discernibiles; non dignoscuntur arbores fructifera exsiccis, non præta viridantia ab aridis, non agri seminati a sterilibus, non herba salubris a lolio, non crystallini fontes a sordidis lacunjs; sed omnia inter se obscure confusione delitecent. Verum cum lucidissimus sol in hujus orbis theatrum progreditur, tunc arbori sua forma restit, sua gratia campis, tunc rerum omnium dispar ratio ad oculum patet. Christiani Auditores! Primus adventus Christi Dominij; ubi in præsepe Bethleemiticum descendens, factus est de nocte; ideo omnes promissio adoratores admittit, divites & pauperes, boves, & asinos, Reges & pastores; venit enim ut omnes vocet, ut omnes salvos faceret. Verum in secundo adventu *thæmus ejus eris fræus* sol illuminebit abscondita tenebrarum, & quemlibet sol fulgore suo penetrat in profundum maris, in abditâ terræ, & ipsas etiam tenuissimas atomos perspicuas facit, ita ad illius sedis lucem videbuntur abditissima conscientiarum; & rearsatis cordibus primo obtutu patebit de me, de te, de nobis omnibus, Tu quis eris? In hæc vita ad hanc interrogationem sape emendita simulatio respondet superbus; ego sum humilis. Respondet avarus; ego sum liberalis. Respondet impurus; ego sum castus: respondet hypocrita; ego sum fan-

ctus. Respondet lupus; ego sum ovis. Verum sub Divini Judicis oculis non erit facta falsitas locus; patebit intima animi viscera, & ex abditissimo cordis recessu eruentur in lucem noxæ etiam levissimæ. Quis se abscondit a fulgore ejus, exclamat Erudivissimus Speranza, (*script. sol. punct. 133.*) *quando non scilicet Iudicij oculi erunt lucidiores sole, sed ipso Iudicantis sedes erit solus? &c.*

2. *Proposito.* Hanc ob rem ex hodierni Evangelij verbis illis: *Tu quis eris*, anam cepti differendi tertia extremi Judicij circumstantia & horrore, nimirum de rigoroso examine, quo vel levissimæ conscientiarum noxæ cogitatu, verbo, opere, aut omissione perpetrætz, etiam non nisi obcurissimis angulis cognitz discutentur, ac in lucem protrahentur. Quilibet sibi imaginetur, se a Iudice spectatum interrogari verbis illis: *Tu quis eris?* Favete.

3. *Diviso.* Potentissimus Rex Assuerus noctem aliquando ducens infomæm, asseri sibi justie Regni sui annales, repertoque, bene merito Mardocheo nec dum præmium, conjuratoribus necdum retrahendum esse supplicium, continuo utroque renuncians est, hos morte, illum honore. Ita Jesus Dei Filius quasi in celo non posset quiescere amplius, evolvit libros, descendente in iudicium, ut redat unicuique, prout gessit. Quæret hic nonnemo, quid per libros illos in iudicio producidos intelligatur? Sanctus Ambrosius (*in Psalm. 1.*) intelligit conscientias, quæ miro quodam lumine illustrabuntur, ut quilibet commissa peccata a prima juvenute, tanquam in speculo, cognoscat. *Quid libri aperti sunt, nisi conscientia, non atramento scripti, sed vestigijs delictorum, & flagitiorum inquinamento?* Sanctus Augustinus (*l. 20. de civ. c. 14.*) per libros intelligit Sanctos, in quibus reprobis omnia sua, & commissa velut in contrario clare contuebantur.

§. I.

4. *Confirmato.* Primo sub examen vocabuntur peccata commissio. De his S. Apostolus Paulus locutus fuisse videtur, cum peccatorem ita alloquitur. *Secundum duritiam tuam & impunitatem cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire, & revelationis iusti iudicij Dei.* Hanc illustrantem ut intelligatis, Auditores, imaginamini vobis mercatorem, qui thesaurizat: quid agit? quotidie variis generis monetas in cistam injicit, ubi continuata per plures annos hæc accumulatio immensa demum nummorum forraginem invenit. Ita peccator cumulat thesaurum ire; quia peccata omnia, quæ per totam vitam committit, in morte huius invenit. Dominus Deus pro quilibet hominum, ut ita dicam, geminam habet arcam, in quarum una pia opera, in altera peccata recondit, quæ, uti annotat Origenes, (*l. 2. in Epist. ad Rom.*) supra citata; Apostoli verba: thesaurus ire dicitur potest. *Quis iniquus est per duritiam cor-*

di. & cor impenitentem, in thesauro ira adu-
sua recondit. Hunc in sensum Deus ipse lo-
quitur de peccatis populi sui, videlicet ea in
suis rationibus scripta, recondita, asseruata
esse apud se. *Nonne hec condita sunt apud me,
signata in thesauro meo? (Deut. 32.)* &c.

5. Cogita modo, mi Christiane, quantus erit
tremor tuus, quanta confusio, cum ex hac ni-
gricante arca erui videbis omnes noxas tuas: a
prima infantia usque ad ultimum mortis mo-
mentum commissas? cogita, quanta sit erubescen-
tia, quantus pavor, cum peccatum aliquod gra-
uiter in confessionalis aperendum est: tunc
certe sacrum tribunal instat equalei apiculis, cor
palpiat, gena incenditur robore, lingua
balbutit, gelidus sudor toto corpore fluit, &
vel ipsam sacrum tribunal tremore concutitur.
O Bone Deus: si tantum horrorem causat pec-
catum aperendum uni homini, quantum horro-
rem causabit aperendum toti mundo? si tan-
tam perturbacionem facit peccatum aperien-
dum in ordine ad remissionem, quantum faciet
aperendum in ordine ad condemnationem? si
tanta tunc angustia coram throno misericordie
de uno peccato, quanta erant coram throno
iustitie de omnibus peccatis sine numero accu-
mulatis, consulationum, verborum, & operum?
Ibi, mi peccator, in medium producentur om-
nes delectationes tue impura, omnia desideria
lasciuia, omnes inuidie, omnes vindicandi cu-
piditates, omnes doli, fraudulentia, iudicia
tenebrata, & machinationes, quibus insidiatus
es bonis alienis. Ibi in medium producentur
omnia verba perita, impura, & turpes ioci,
omnes detractiones, suffurationes, & inimici-
tiarum fomenta, omnia iuramenta, blasphemie,
& imprecationes, quae contra Deum, &
proximum intemperanter effusisti. Ibi in me-
dium producentur omnia tua opera peccamina-
rosa, omnes impudiciae, facta, siue qua com-
mercia, pauperum oppressiones, ebrietates,
iurgia, vindictae, duellae, & damna, quae pro-
ximo intulisti. Verbo: ibi palam erunt omnia
illa flagitia, quae modo tanta cum secretis ab-
fcondere conaris. Et quidem palam erunt cum
omnibus suis circumstantiis: videbit mundus
inuisum, quibus machinationibus proximum
deceperis, quibus fraudibus alienis bonis in-
diquas sis, quibus auditus Virgini pudorem ex-
toreris, quibus iuribus iniuriam vindicaueris,
quibus saluacis innocentem oppresseris. &c.

6. Accedit, quod haec etiam peccata tunc
longe videbuntur turpiora: quia excusationibus
suis, ac pallio carebunt. Nunc excusationibus,
excusamus, mortalia pro venialibus habemus,
pro nihilo reputamus. Tunc autem Iudex re-
movebit haec fiparia, & lucos: tunc Angelus
Cathos, omnium actionum nostrarum testis,
exaggerabit ingratitude tuam. O peccator:
exprobrabit tibi sua seruitia, numerabit saluta-
ria monia, quibus petulantur contravenisti.
Tunc infernalis daemon improprie tibi tuam
insiquitatem, iustissimus Iudex, inquit, ego pro

hoc homine nec sanguinem sudavi, nec flagel-
la, nec spinas, nec crucem, nec mortem per-
tuli, & tamen fideliora mihi praestitit seruitia,
quam tibi: e domo tua paterna profugus abijt,
ut meis procurum siliquis, id est, spurcis vo-
luptatibus pasceretur. &c. &c.

§. II.

7. Hoc examen erit de peccatis commissionis,
adeo rigorosum, ut & illius oculi non praeter-
mittendum sit iudicatum, prout affirmat Au-
gustinus: (*l. de miser. bum.*) *Quid respon-
sibus in illa die, cum exigeret a te ratio usque ad
illius locum?* hoc peracto, sub examen vocabun-
tur altrius generis peccata, quae *omissionis* di-
cuntur. Quam sunt illa? ea nimium, quae
pro cuiusque status conditione per negligentiam
perpetrantur. Ibi ergo severissima ratio
exigetur ab animarum curatoribus, qui fuerunt
multi canes, & ad fecera sua gregis non la-
turant. Ibi severissima ratio exigetur a Nobili-
bus, a Iudicibus, a pratoribus, qui flagitia
populi non tantum non conseruauerunt, sed il-
lis insuper immunitatem praestiterunt. Ibi se-
uerissima ratio exigetur a patribus-familias,
qui domesticorum peccata, etiam moniti, dis-
simularunt. Ibi severissima ratio exigetur a pa-
rentibus, qui maiorem sollicitudinem pro suis
peccatoribus, quam pro liberorum educatione ha-
buerunt. Nobile servus ille Evangelicus ad
carcerem, & tormenta raptus est? (*Matth.*
54.) quo delicto? quia cum talento sibi con-
credito negotiorum neglexit: quae parabola aperte
significatur: apud Deum non minus peccata
omissionis, quam commissionis puniabilia esse.

8. Praeterea sub censuram trahentur opera
etiam sancta, & negligentiae in illis admisse,
quamvis enim orationes, elemosinae, ieiunia,
& alia virtutum exercitia sancta, ac laudabilia
sunt, nihilominus insinuantur quatio, cur non
maiori cum devotione, puriore cum intentio-
ne, assentiori cum amore fuerint peracta: ad
quod Deus per Prophetam minatus ait: *Servus
Iherusalem in Iacanis.* (*Sophon.* 1.) Per
Iherusalem in scripturis intelligitur ordinaria
anima sanctas, vel e contrario per Babylonem
intelligitur anima peccatrix: quemadmodum
igitur cum rem minutam, uti acum, solum,
festucam pedimus, illam accensam lucema quari-
mus: ita Deus minatur, quod minutissimas
etiam operum festucas examinaturus sit. Audite
Bernardum ingenientem: (*apud Bess. de
iudicio cont. 4. part. 3.*) *Quid in Babylone tu-
tam, si in Iherusalem manus servatum?* Ibi vi-
gorosissime exquiretur, qualiter dilatare sub
oratione, qualibet intento etiam occultissima,
qualibet negligentia vel in initio, vel in pro-
gressu, vel in fine operis, &c.

9. Vultis plura? Audite tunc dico, quod
plane tremendum est. Non tantum de talen-
tibus, & gratiis acceptis, sed etiam de non ac-
ceptis insinuetur iudicium: Servus ille Evas-

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS III.

Agitur contra ignorantiam, & ruditatem in re-
bus fidei, & declaratur gravia damna inde
emergentia.

Medius usum fiet, quem vos
auscultis. Joann. 1.

EXORDIUM.

Deus divisi legem in scientia, Et agenda. Conse-
quenter ignorantia non est minus culpabilis
quam peccatum.

1. IN inferioribus puerorum scholis, ut accu-
rata tam literarum, quam morum disci-
plina observetur, moris est in duplici scheda
scholares immergeris annotari, prima sche-
da vocatur *delinquentium*, & ibi scribuntur, qui
lectionem a magistro traditam ignorant. Al-
tera vocatur *delinquentium*, atque ibi notan-
tur, qui vel garrido in schola, vel rixan-
do, mentiendo, aut alia quavis morum dis-
solutione peccarunt. Utrique autem tam ne-
scientes, quam delinquentes sine discrimine
puniantur. Idem profecto mo esse videtur
in schola Christi; quippe Divinus Magister
legem suam bifariam divisit, videlicet in *sci-
entia* & *agenda*. Quae agenda sunt, nobis pro-
positum in Decalogo, & Ecclesiae praeceptis,
ubi explicat, quid hominem Christianum face-
re, quid omittere oporteat. Quae scientia
sunt, expoliti in symbolo Apostolico, tum
etiam in his articulis, qui validam ac fru-
ctuosam perceptionem Sacramentorum concer-
nunt. Utraque, ita tam scientia, quam agenda
adeo sunt ad salutem necessaria, ut non
minus illi, qui fidei mysteria culpabili ruditate
ignorant, quam peccatores, qui praecpta
Domini lethali perversitate transgrediuntur,
aeterna damnationi reddantur obnoxii. Hac de
causa sanctissimus penitentiae Praeco Joannes
acerrime hodie invehitur in phariseos Iudaeo-
rum legatos: *Medius usum fiet, quem vos
auscultis*, quibus verbis exprobrare illis voluit
crassam stupiditatem, ac ignorantiam, quae
Christum mundi Salvatorem inter Iudaeos ha-
tum, conversantem, docentem, & miracula
operantem, aut nesciebant, aut nescire simula-
bant: &c. Christiani Auditores! si habitudum
viveret Joannes, an putatis non habiturum
causam, ut eidem exprobratione in multos
Christianorum inveheret, & eorum in rebus
fidei nescientiam severe argueret? certe in
rebus fidei nescientiam esse: tam crassam enim inter plebem ac-
peritur eorum, quae ad salutem perferunt,
ignorantia, ut putem vix pauciores esse (dico
inter plebem) qui ob hanc ipsam ignorantiam,

quam qui ob peccata de salute periclitentur. Hæc incitua ut plurimum animæ dicitur inter eos, qui characteribus legendis nunquam operam navant, qui de diurnis laboribus operantur vivunt, qui infimo serviliū laborum famulatio additi sunt, qui in pacendis gregibus aut in stabulis continuo inter peccata, & sineum versantur, item qui rebus temporalibus immerdata avaritia invigilant, aut qui a prima statim juventute in pudenda peccata proruerunt: hæc enim ordinariæ sequitur ingens cecitas animi. O quam multæ anime intererent ob has ignorantias, quæ forsitan ob alia peccata non fuissent interitura.

2. *Proposito.* Vultis, ut explicem hanc affectionem, prout apparet, satis arduam, ac difficilem? Explicabo in presentiarum, & quidem vel maxime in gratiam eorum, qui quamvis in mysteriis fidei a juventute rudissimi sint, nihilominus Verbum Dei, & instructiones cathedrae parum pensi habent, & de scientiis, ac additiōis fidei artibus, tanquam de nemillis periculis, nulla prorsus sollicitudine tenentur. Favete.

Ignorantia eorum, quæ sciri debent, non excusatur.

3. *Confirmatio.* Nescio, quis Luciferi Pseudo-Apostolus inter rudem plebeculam seminari periculosissimum illud principium, quo multi sibi periculis dicuntur, dicuntque si pauca sunt, quæ scio, pauca etiam erunt, de quibus rationem reddere debeo: hoc principio nisi fere cum brutis suis obstruunt, putantque, se olim in iudicio tanto fore securiores, quanto in hac vita fuerint stupidiore. Proh dolor! dantur Christiani, qui nesciunt finem suum, ad quem conditi sunt, adeoque in hoc mundo non aliter versantur, quam porci sub illic, qui glandes quidem devorant, sed sursum nunquam oculos attollunt. Dantur Christiani, qui rerum eternarum plane incurii felicitatem omnem collocant in bonis huius mundi, propterea de iustitia unius terentii plus dolent, quam de peccato molorum omnium maxime. Dantur Christiani, qui ad sacrum tribunal veniunt actuum istorum intervernorum, qui ad poenitentiam requiruntur adeo imperiti, ut dubium sit, an sint sacre absolutiois capaces. Dantur Christiani, qui dum ad mortem venerint, plus negotii faciunt animarum curatoribus, ut in iis, quæ scitu sunt necessaria, instruantur, quam ut peccata expiantur. Dantur defuncti Christiani, in quorum Domibus anno integro nullum fit colloquium spirituale, nullas de audita concione aut cathedra discursus: unde fit, ut demum toti sylvæcant, præcepta Dei, numerum Sacramentorum, atque obliviscantur, & in eorum moribus nil nisi inculta quædam barbaries luceat. Et tamen in his tenebris nullum putant subesse salutis periculum. Dilectissimi, error hic est periculosissimus: sunt enim aliqua scitu necessaria necessitate mediæ, hoc est, ita ad salutem necessaria, ut illis etiam incul-

pubiliter ignoratis, beatitudo æterna neutiquam valeat obtineri: tales veritates sunt, Exiitque Deum huius universi Creatorem bonorum & malorum Retributorem, hunc Deum in substantia esse unum, in Personis Trinum, secundam Trinitatis Personam fuisse incarnatam, pro Redemptione humani generis passam, ac mortuam, per eius merita cooperante homine posse impetrari gratiam, ac remissionem peccatorum, & quæ sunt similia. Alia deinde sunt scitu necessaria necessitate præcepti, hoc est, ita, ut illis saltem inculpabiliter ignoratis, absolute adhuc æterna salus obtineri queat: talis generis sunt præcepta omnia tam naturalis, quam positiva legis; adeoque si mendacium facias, putans esse honestum, si furtum committas, putans esse licitum, si suspensionem sacramenti negligas, putans non esse præceptum, idque omne inculpabiliter fiat, peccatum quidem non perpernas; sed quæ Apollo mihi dixerit, quando, quibus in circumstantiis id inculpabiliter, hoc est, sine omni dubio, sine omni serupulo, sine agnitione obligationis ultimus inquirendi fiat, plane rarissimum: ponamus Christianum, qui ex defectu sufficientis notitiæ Sacramenta nulliter suscipit, ponamus, qui nesciat, quid requiratur ad contritionem perfecte iustificatam, ponamus, qui in concubitu peccati contra naturam diu hæret, an putatis hunc inculpabiliter delinquere? Non credo; quia in cathedris, in sacris tribunalibus, in cathedris quotiæ habet occasionem, qua posset, si vellet, veritatem eluceri. Sanctus Bernardus mecum sentit, inquit: (*Epist. 77.*) *Multa scienda nesciuntur quæ sciendi iustitiam, quæ sciendi desidia, aut verentia, inquiruntur, & stupidi ignorantia non habet excusationem.* Notate bene. Non habet excusationem.

4. Falleris itaque, mi Christiane: si existimes te in iudicio Divino incolamem excusatum, dummodo dicere possis: Hoc nescivi: respondebit enim iudex: debuisse hoc scire, & istud ipsum negligisse culpabile, ac infernali supplicio dignum est. Nunquam audisti, quantopere Dominus Deus olim contra populum Israel exasperaverit? (*Ysa. 5.*) Minatus est illi captivitatem durissimam, minatus est famem & pestem, minatus est abjectionem irreconciliabilem: qua de causa? quid deliquit populus? percipe rationem Domini Dei: *quia non habuit scientiam.* Audis? non propter idololatrias, non propter impudicitias, non propter iniustitias condemnatur populus, sed propter defectum scientiæ: *quia non habuit scientiam Dei,* ait S. Hieronymus: (*in Ysaie. 5. apud Barz. serm. 70. n. 15.*) ex quo patet, ipsam inscientiam, etiam seclusis aliis sceleribus, esse scelus satis execrabile, & odio Divino dignum.

Multi laborant ignorantia afflictata.

5. Quid dicam de illo Christianorum genere, qui, quamvis vix dimidiam numeris sui partem norint, ex altera autem parte facti agnoscunt, se ad indagandam veritatem teneri, nihilominus eam

nam non quaerunt, saltem non efficaciter, ne forte obligationem suam, sibi hanc admodum gratam doceantur: agunt isti velut olim Pilatus, qui postquam Christum interrogavit, *quid est veritas?* (*Joan. 18.*) simul repente seipsum obvertit, nec responsum expectavit: de his & similibus Propheta: *Nescit intelligere, ac bene operari.* (*Isa. 55.*) Scribit Boterus (*J. 2. dist. 1. Moyses. Vin. illud.*) Nobilissimum quendam Angliæ Equitem cum principe femina Orangica interfamiliam discursum etiam de veritate Catholica Religionis sermones misuisse; noluit illa, ut profecqueretur, afficens, timere se, ne forte sibi serupuli suboriretur. Replicavit Eques, ut video, vestra Gelstrudo vult sine serupulis ad infaniam proferre. Idipsum exprobari posset multis Christianis: sunt enim, qui sacras conciones, instructiones catecheticas nauseant, illis animum parum applicat, de industria subterfugunt, ne forte audiant, ad quid teneantur; sunt, qui dum sanctæ fidei mysteria pueri non didicerunt, iam adultos piget eadem repetere; sunt, qui diu in dubio hærent circa bona possessa, circa restitutionem bonorum aut famæ, circa peccatum occiditum quod a longo tempore animam cruciat; nolunt tamen indagare consilium, ne forte responsum referant, quod ipsis non ardeat: Hi omnes, & horum similes volunt sine serupulis vadere ad infernum, excusationem ignorantia coram Deo non habentur, ideoque incurunt terribilem Apostoli sententiam: *Si quis ignorat, ignorabitur.* (*1. Cor. 14.*) Quasi vellet dicere, quicunque negligit obligationem suam intelligere, & ideo tantum ignorat, a Christo ita ignorabitur, ut in pena a peccatoribus non sit distinguendus.

Hebendo & supbia intellectus a scientiâ non excusatur.

6. Scio quidem, quid hæc ex parte multi respondent: Bone Deus: dicunt, ego sum nimis simplex, ingenium meum est nimis hebes, ac obtutum, memoria omnino debilis, intelledus haud satis perficax ad capiendas res fidei valde sublimes, & que sunt familiæ. Sec. Respondeo, mi Bone; naturalis aliqua incitua, & congenita tarditas, qua mortalium plurimum, præsertim & rustica plebe, laborant, non impedit, quò minus ad agnitionem supernarum veritatum mentem elevare possis, quantum debes. Nebula, quæ circa terram hæret, nunquam obscurat solem, sed illa, quæ sursum ascendit, serenitatem temperit. Demisigitur, ut ais, te cerebro laborare, & memoria imbecilli, dic, quæso, cur ea, quæ ad corpus spectant, apertissime, & solertissime curæ nosti? si de commodis temporalibus, de inveniendis discendi modis agitur, ingenti perspicacia vales: cum vero de rebus animæ sermo incidit, ingenii hebetudinem cauferis. O præpostera hominum stultia, qui hæc ex parte sumillimi sunt crocodilli, aut dracones, qui crocodilli, & dracones e superiori tergoris parte ita squammis validissime sunt ornati, ut quibusvis jaculis, & hastilibus sint

impenetrabiles, ex inferiori vero ventris parte, quæ terram rependo radunt, cute sunt adeo subtili, ut quavis acu perforantur: ita multi hominum ad celestia sunt profusius obtusi, ad terrena vero subtilissimi, ac perficaces: detur occasio, ut de ovibus, de bobus, de armentis, de tritico, de lucro rei Oeconomice sermo fiat, & erunt facundissimi oratores: multi, prout certe ab experientia didici, si litrem habeant iudiciali pro causa sua ponderosissimas rationes excogitant, ita, ut nec acutissimi ingenii Advocatus posset meliores invenire. Multi, utur in rebus sacris sint obliuississimi, possunt tamen levissimas iniurias per plures annos memoria retinere. Multi in mercatura, in negotiis, in inventendis fraudibus circa emenda, aut vendenda sunt sagacissimi, econtra cum de rebus fidei discursus miteatur, velut trunci, & stipites affidebunt. Quæ causa huius diversitatis? Mei Christiani; vos ipsi in culpa estis; vos potentias animæ omnes vere ad temporalia applicatis, vos cogitationes omnes in negotiis terrestribus consumitis, & ne unam quidem septimanam integra salutis negotio reservatis: qui diuturno tempore in obscuro carcere hærent, non habent oculos amplius expeditos ad contuendam diel lucem: parum in modum, si vos animi oculos continuo in terram defragatis, quid mirum, quod ad capiendas subtiliores fidei veritates nullam retineatis perspicaciam? Quomodo longe inguliosiores estis, si eadem alacritate celestibus, qua caditis, inhare velletis!

7. Atque hanc nimiam in res terrenas demerisionem, putat doctissimus Stapletonus, (*hoc. Dem. Them. 7.*) esse causam, si non unicam, saltem maximam illius ignorantia; quam deploramus: *Habent oculos tantum canales, & exteriorer: id est, tantum ad terrena, nullos ad supernaturales.* Sec. O quam grande lucrum infernalis piscator in hac turbida ignorantia aqua capessit! quæ est causa tot perjuriorum, blasphemiarum, veneficiorum, impudiciorum, & sacrilegiorum in mundo? percipite verba Propheta (*Ysa. 42.*) dicens: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem trigit, alii legunt, & peccatum peccato univus.* Unde tanta malorum lerna? nimium ex hoc antecedente: *Non est scientia Dei in terra.*

8. Audite pro coronide terribilem historiam, ex qua liquet, quantum eadmodum lucrum ex hac ignorantia accedit. (*Contest. 1. n. 10.*) Erant olim in Gallia infelicia tempora, quibus Episcopi, & animarum curatores muneris sui quodmodum negligentes parum invigilabant plebi in rebus fidei erudienda. Hunc, alioque errores emendandi causa conscripta est Synodus, delectusque aliquis sacerdos, qui coram congregatis Præfulebus parvi faceret. Sacer ille orator dum diu deliberandum hæsit, quam dicendi materiem venerandum conventui vel maxime proficuum deligere deberet, ecce illi apparet truci aspectu malus demon, atque: Heus tu, ego tibi peccura

randi argumentum suppedebat; se igitur loqueris: Rectores tenebrarum Reſtoribus Eccleſiarum ſalutem dicunt, & grates referunt plurimas pro magna in docendis populis negligentia; ex hac enim negligentia ingens oritur plebis ignorantia, ex ignorantia millena peccata, ex peccatis interitus innumerabilium animarum. Porro falſus eſt inſenſibilis ſpiritus, ſe a Deo conſtitum hac proferri, promittitque, ſe velle cratiſta die perorantis ſacerdotis verba, ſi forſan credituri non ſint audientes, ſigno maniſeſto confirmare: quod & ſecit. &c. En; mei Chriſtiani, eo tempore grates habuit dæmon negligentiaꝝ paſtorum, hodie grates habet negligentiaꝝ Patrum; au Matrum-familias, qui de addicendis rebus fidei & ipſi de ſe, & de intruendis liberis, ac domeſticis parum ſolliciti ſunt; conſequenter per propagatam hanc ignorantiam inferno haud exile tributum pendunt. &c.

9. *Epilogus.* Quid igitur factu opus eſt? Diligentius; non tantum oportet bene vivere, ſed etiam bene credere; ideo operam navate, ut & vos ea, quæ ſcitu neceſſaria ſunt, gnare percipiat; læmæ habete Verbi Divini; audita in concionibus domi ſolenter repetite; juventutem ad inſtructiones catheticas diligenter mitate; ita regno diaboli ingens lucrum decedat, & regno Chriſti accreſcat. &c. &c. Amen.

Dominiæ IV. Adventus.

CONCEPTUS I.

De duplici Chriſti Domini via, ſeu adventu tam miſericordiæ, quam juſtitiæ, & quomodo ad utrumque parari debeamus.

Parate viam Domini. Luc. 3.

EXORDIUM.

Ad adventum Domini ſollicitè præparari debemus.

1. **C**um Regum, aut Principum nonnullis urbem quendam ingreſſurus eſt, prævium curſorem illius adventus denuntiare univerſe civitati, mandaturque, ut viæ conſpues, ac compita exonerent, ne vel leviſſima immundities oculos Regis offendant. (*S. Chryſoſt. hom. 149.*) Chriſtiani Auditores; Jam in eo eſt; ut ſupremus Rex Regum, Princeps Principum, Cæli, terræque Monarcha in hunc mundum adveniat; ideo Dominiæ adventus Præcurſor tantquam ſonora vox *viam præparat* per omnem regionem Jordani, immo per omnem Evangelicam orbem mandatum pronuntiaſcit. (*Luc. 3.*) *Parate viam Domini; Parate viam Domini.* Hinc quidem mandato olim morem non eſſit perſida Synagoga; quia Divinum Mundi Redemptorem e civitate in ſtabulum; et contumebus hominum inter jumentum conſortium egerit; & expropter indignationem Numini, ac denique ſua gen-

tiſ exitum ſibi conſcivit; verum ſpero apud vos benigniores animos, aureſque me conſecuturum, ideo repeto clamans: *Parate viam Domini.* Si forte querat nonnemo: quanam ergo ſit via Domini? audiat ille non meum, ſed Regiæ Pſalms reſponſum. (*Pſalm. 24. v. 11.*) *Univerſa via Domini miſericordia, & juſtitia;* *Univerſa via Domini miſericordia, & juſtitia;* duplex enim eſt adventus Chriſti Domini in hunc mundum, tanquam *infantis*, & tanquam *Judicis*: primus eſt adventus *Miſericordiæ*, alter *terribilis*; primus in ſolatum, alter in terrorem cedit peccatorum: in primo clamabant Angeli: *In terra pax hominibus;* (*Luc. 2.*) in altero tubas inſilabant, vocabantque: *Venite ad judicium.* (*Matth. 24.*)

Duplex eſt adventus Domini miſericordiæ & juſtitiæ.

2. *Propoſitio.* Chriſtiana anima: ut ad utrumque hunc Domini adventum magna cum diligentia præparemur, ut plurimum nobis interre: interrogatis forſitan, quomodo, & qua ratione parari nos oporteat? Date aures, ac animas, & poſtquam geminum hunc adventum ſtriſtim perpendimus, methodum vos edocebo, qua ad utrumque nos præparari expediat. Favete.

§. I. *Adventus Chriſti infantis eſt adventus miſericordiæ.*

3. *Conſirmatio.* *Parate viam Domini:* quæ ſunt viæ Domini? *Univerſa via Domini miſericordiæ, & juſtitiæ.* Primus itaque adventus Chriſti, quando in ſtabulum Bethlehemiticum deſcendit, factus eſt per viam miſericordiæ. Etenim univerſum genus humanum ſæcæbat ea culpa originali proſtratam, & vinculis diaboli alligatam: quemadmodum igitur in ingenti hominum multitudine, quorum unuſquiſque colligatis manibus, ac pedibus captivus tenetur, nullus alteri prodeſſe poteſt; ita nemo illis erit ex toto humano genere, qui alterum e compediſus originariæ culpæ eruerit valiſſet; percutiendum erant omnibus; (*Luc. 2.*) in calo Redemptor deſcendit. Flango obſecro, mi homo, te Algeri in Barbaria captivum teneri, in obſcuro tæmæ (pecu deſtreſcere, ſæcæ & ſit torqueri, ponderoſis compediſus, & gravi ferro premi; cum exes ex inſperato adit quidam mercator; prohi! quanta gratitudine illi obſtitit; ſatis loſes? certe parum foreſ; ſi pro illo ſanguinem, ac vitam ſun deres? Quid huſus captivi nomine intelligo aliam, mi homo, niſi te, qui ſub tyrannico demonis juſſu ex culpa propatentem ingenuiſſi? Quid huſus Nobilis ſchemate ſubaudito aliam, niſi JESUM Redemptorem tuum, qui non are, ſed tantum

re in libertatem filiorum Dei tranſtulit? quod autem motivum commovere Dei Filium potuit, ut relicto celo, terram pereret, quæretetque ſalvum fieret, quæ perierat? reſpondeo: nullum proptus aliud motivum, niſi mera miſericordia caritas, & miſeratio: *In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerari.* (*Jer. 31.*) Atque hæc Dei miſeratio ex duplici præſertim capite admiranda eſt, quorum primum ſe tenet ex parte Dei, & eſt ſumma illius dignitas, alterum ex parte hominis, & eſt ſumma illius indignitas.

Miſericordiæ admirabilis ex parte Dei.

4. Primum quod attinet, quis ſatis admiretur Divini conſilii artiſticio, inventum fuiſſe modum, quo Deus ſumme extrema, ſibi que oppoſita conjungeret? quis non putaret, lucem & tenebras, album & nigrum, diem ac noctem ſibi minus in vicem oppoſiti, quam hæc paradoxa: Deum eſſe hominem, tonantem vagire, impoſſibilem pati, diſſimulatum egere, immortalitatem mori? Ponamus de Imperatore Romano hæc nova ſpargi, videlicet Imperatorem adeo eſſe amantem ovidularum, ut ſe reſolveret migrare in ovidulum, eo ſolummodo ſine ne reſiceps ovidule amplius a lionibus maſtarentur. Quis ſatis obſtupere poſſet, & admirari hæc nova? Verum incomparabiliter majus quid eſt Deum fieri *hominem*, quam Imperatorem fieri ovidulum; quia major eſt diſtantia inter Deum & hominem, quam inter dignitatem Imperatoriam, & ovidule naturam. Audiamus ſanctum Job: ille quondam Deum ſibi exprobrantem audivit: *Namquid habet brachium, ſicut Deus, & ſimilis voce tonat circumda tibi decorem, & in ſublime exigit, & eſt gloriſus, & ſpectaſti induere oſſibus* (*Job 40.*); quali diceret: ut ego indutus ſum gloria, ut ego tonitruum commoveo, ut ego tæco abyſſos concutio, &c. O mi Patriarcha Job, ſi tibi facultas fuiſſet in præſepio Bethlehemitico ſententem intreri Deum, qua ratione præſentem Divini Patris ſtatum cum magnificis ſuis vocibus comparare potuiſſes? nonne jure merito cogitaſſes, quid eſt hoc, quod ille, qui antea tonabat, nunc in cunis vagatur? quid eſt hoc, quod ille, qui ſolus eſt legibus, ſcilia ſtringatur? quid eſt hoc, quod ille, qui ſumma tractabat, nunc ſigore contemtilat? quid eſt hoc, quod ille, qui dives gloria inducitur, nunc pannis involvatur? quid eſt hoc, quod ille, qui mundum portat, nunc brachiis matris porretur? O admirabilem metamorphoſin! proſecto convenienter exclamat Gyprianus (*ſerm. de Noſ. Chriſti*): *In cæteris mirabilibus quocumque modo altius ſatiſfaciant rationi, hic ſaltem me complectitur ſuper.* Quis autem ſummum, optimum, maximum, inſolitum Deum adeo ſibi diſſimilem ſecit? Nil niſi caritas, & miſeratio. Ita expreſſe S. Leo Papa (*ſer. 1. de joſan.*) *Cauſa noſtra reparatiſſimi non eſt, niſi miſericordiæ Dei.*

ſecundæ Spicillog, Conciliar, Paris 1.

Miſericordiæ admirabilis ex parte hominis.

5. Alterum, quod hæc ipſam Dei miſerentiam Bonitatem adeo admirabilem facit, eſt hominis indignitas. An enim indiget Deus humano genere, in cuius Redemptionem ſcipſum uſque ad ſanguinem, uſque ad mortem impendebat? nulla priorum ratione: felix ſit ab æterno, felix fuiſſet in æternum ſine homine: nonne miſillione Angelorum interjergant, ſine ulla ſpe, & remedio? Quid Deo deceſſet? nihil: Nihil igitur & Deo deceſſerunt fuiſſet, eſſi omne hominum genus periſſet. O quam longe potiori ergo jure de Deo in cunis vagiente, & demum in cruce moriente dicitur poſt, quod de Cæſo Athenienſium Reſe ſcribitur (*Juſtin. Hiſtor. l. 2.*): Ille oraculo motus, non poſſe Athenarum urbem, ab hoſtibus graviter obſeſam, ab interitu liberari, niſi morte Regis; mori quidem optabat, ſed præhibebatur a fidelibus ſubditis, oppanantibus ſarius eſſe, interire urbem, quam Regem: quid agi? exiit regale diadem, gregarii militis veſtibus indutus, & ita incognitus in medioſtibus cuneos irrupit: cum vulneribus conſectus jamjam animam agebat, ſuo ſanguine in terram ſcribit, *emera, marior.* Potiori, inquam, jure, hæc de Chriſto Redemptore: *Cordus enim ad mortem oppendendum moveri poterat patris, uxoris, liberorum, fideliumque ſubditorum affectu: niſi familie tangeret Dei Filium; illius amor non erat interceditur, ſed mera miſeratio, mera caritas, merus miſericordie affectus, &c.* Atque huius miſericordie motivo tanta pro te ſecit, ac paſſus eſt, mi homo, ut ſi tu Deus fuiſſes, & Deus tuum mancipium, non poſſuſſet ille plura pro te facere, aut pati, &c.

§. II. *Adventus Dei judicis eſt adventus juſtitiæ.*

6. *Parate viam Domini.* En, mi homo, primi adventus via eſt *viam miſericordiæ*: ſed nunc ejus antithetiſm audi, Alterius adventus via eſt *viam juſtitiæ*; ſecunda enim vice non advenit Chriſtus ut inſans, ſed ut tonans, non ut Redemptor, ſed ut Judex. Percipite, quid tempore Nativitatis Domini contigerit: cum ſancti tres Magi ex oriente in Judæam advanſſent, iplamque Jeruſolymorum urbem ingreſſi, circum undique natum Redemptorem indagantes, ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæarum, ecce ingens conſternatio tam Regem Herodem, quam univerſam urbem invaſit: *Turbatus eſt Rex, & omnis Jeruſolyma cum illis.* (*Matth. 2.*) Unde, quæſo, tam inſolita conſternatio? unde panicoſus terror? nonne Chriſtus Dominus in ſtabulo jacuit, tamquam miſer infantulum, pauperculum, imbellis, incermis manibus, ac pedibus ſcilia ligatus? vera ſunt nec omnia

omnia sine dubio, nihilominus timuit, ac tremit Rex Herodes, ac Synagoga: cheu! exclamat S. Augustinus, (apud Barz. serm. 22. n. 8.) quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cuna terreat infantis? O quam dilpar erit, & longe terribilior, secundus ille adventu Judicis, a primo hoc adventu infantis!

7. In primo adventu descendit Deus de caelo in silentio, in mansuetudine, mitis, ac parvulus: in secundo illo adventu venit inter tonitrua, ac fulmina, in potestate magna, & majestate. Qui venit nunc oculus, ait S. Augustinus (Ps. 49.): venit tunc manifestus: venit oculus iudicandus, venit manifestus iudicaturus. In primo adventu descendit de caelo instar fragleri toris, & salutiferæ pluviz: Descendit sicut Pluvia in vellus, & sicut stillidit stillantia super terram: (Ps. 71.) in secundo illo adventu advenit ut tumultuosa, & mille fulminibus armata tempestas: Igitur in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida. (Ps. 49.)

In primo adventu descendit de caelo, vulnera nostra, & agritudines sanaturus: Ego veni, ut vitam habeatis. (Jo. 10.) In secundo adventu venit inexorabili furore crimina ulturus: Ecce dicit Dominus spiritus crudelis, & indignationis plenus (Jo. 13.) In primo adventu descendit de caelo cum pecto, & filula, & tanquam fidelis pastor oculos convocaturus: Ego sum Pastor bonus. (Jo. 10.): in secundo adventu venit ignem enses, & sagittas contra peccatores vibraturus: Misit contra eos fulmina, & ad hoc in seculum allum non revertetur. (Job 41.)

In primo adventu erat benignus Pater, in altero erit severus Iudex: in primo erat amabilis sponsus, in altero erit terribilis Zelotypus: in primo erat agnus mansuetus, in altero erit leo rugiens: Et ut demum compendio dicam omnia: primus adventus erat mema misericordia, alter erit mera justitia. &c. O Christiana pectora, quis sine horripilatione recorderet funestæ illius diei? quis sine timore cogitabit tremendum Judicem? An ergo nullum est remedium, ut securi compareamur in illius conspectu? Est atque expeditissimum: quaritis, quondam illud? audite, dicam vobis, quod ab incipio explicare promisi: Parate viam Domini, percipite, in quo hæc preparatio consistat.

§. III. Qui se digno parat ad primum adventum Christi, non timetis secundum.

8. Nimirum, ille non habet, quod timeat in adventu justæ Dei, qui nunc summa cum animi devotione excipit adventum misericordis Dei: Nunc, dum Deus infans jacet in præsepio, facite cum vobis amicum, & non erit vester inimicus, cum sedebit in throno; nunc abtergite ex illius oculis lacrimas, quibus deplorat peccata hominum, id quod he perferam penitentiam, & non erit periculum, ut

hi oculi tunc vos torvè intendant. Nunc demulceat auras musica, id est, oratione, & non erit periculum, ut tunc vos non exadiat. Nunc teneris ejus manibus munus afferite, & non gratias, nisi sacram Communionem, & non erit periculum, ut hæc minus tunc contra vos fulminibus armentur; nunc frigus corporeculum calefacite igne caritatis, & non erit periculum, ut tunc igne furoris contra vos exardescat. Nunc exsalem in cordis domicilium recipite, & non erit periculum, ut tunc vos in gehennæ exilium ejiciat. Nunc dicit illi: Veni, pascam te elurientem, potabo tesicientem (id quod fit in pauperibus) & tunc vicium coram tuo orbe dicit ad vos: venite benedicti: Esuristi enim, & dediisti mihi manducare, sitiisti, & dediisti mihi bibere. &c. Venite benedicti: &c. En Christiani, quam levi obsequio comparate valeatis infamiam mercedem.

9. Nunc non amplius mitor, quam ob rem Sancti & Sanctæ Dei hæc serias ante natalitias, seu tempus adventus domini animi devotione, ac sanctitate celebrarint: Sancta Hedvigiis (Engelst. hoc. Doms.) Polonia Ducissa tuo adventus tempore in pane & aqua jejunabat: B. Catharina Adornii V. Regis Neapolitani Filia, sola Eucharistica visitabat: sancta Radegundis Galliarum Regina non solum adventum jejunio colebat, sed insuper diem hebdomadarum, in quem eo anno festum Nativitatis incididerat, toto anno celebrabat, orationi, elemosynis, aliisque operibus religiose intentæ; itaque meruit, ut anno Temp. die Mercurii, in quem eo anno Natalis Domini incididerat, pie moreretur, nempe ut calomasceneret. Cur autem hæc sanctæ animæ ad celebranda Christi Domini Natalitias tanta cum devotione se preparabant? Nimirum sciebant eum, qui primum Adventum Domini pie venerantur, non habere, quod in secundo pertimerent.

10. Epistolog. O Christianæ animæ! notate vobis hæc præces, & industrias. Parate viam Domini, & auctulate pro coronide montium S. Petri Chrylogi (serm. 120.), quod statim initio vobis inculcavi: Sicut procedente Rege, & platea mundantur, & omnis civitas diversis strabus, & viciatibus conatur, ut nihil sit, quod minus dignum vestri Regis apparat: ita & nunc procedente Christo, Rege facti, omne, quod vestre est, auferatur e medio, & illud certe veritate fugitur mendacium, fugiat discordia, respiciat concordia, &c. ita, spero, fiet, quod sancta Mater Ecclesia ardentissimis votis expectat, ac exoptat, nimirum, ut unigenitum Dei Filium, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum. (Ecl. in Vigil. Nativ.) Amen.

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS II.

De quarta extremi Judicii Circumstantia, & horrore, nimirum de separatione impiorum a Justis, & finali sententia.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Luc. 3.

EXORDIUM.

In die Judicii dua tentum erunt hominum classes.

1. IN hac mortali vita secundum sapientiam mundi varia sunt hominum differentia: sunt Reges, sunt Principes, sunt Comes, sunt Barones, sunt Episcopi, sunt Prælati, sunt subditi. Aliqui dicuntur divites, alii pauperes, aliqui felices, alii miseri, aliqui honorati, alii despecti, alii literati, alii rudes. Atque hæc hominum differentia, proliquantam facit itaquam, officiorum, graduum, titularumque diversitatem! norant id scriba, & cancellite, quibus sedulo laborandum, ne vel unicus tituli apex in litteris, aut diplomate omittatur. Verum hæc vanitatum differentia in illa die penitus erit sublata: non ibi vel nominabitur amplius aliquis Augustissimus, Severissimus, Excellentissimus, Gratiolus, Sereuus, aut Doctissimus, sed omnis hominum multitudo, non attento ullo discrimine, unice ad duas classes reducetur, nimirum vel ad justos, vel ad peccatores. Hanc hominum diversitatem solum ad duas classes reducendam quodammodo peripicuum habeo ex hodierno Evangelio, quod unice mentionem facit de calce, & de monte. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. (Luc. 3.) Quæritis, Auditores, quid per vallem intelligatur? Respondo, intelligi homines justos, & peccatores conversos: ita innuere videtur Iansenius: (ap. Manf. Euar. hoc. Doms.) Per vallis recte accipitur qui peccatores contemptos apud homines, qui impederent gratia Evangelica, & erigendi ad consortium Regni calorum. Quaritis etiam, Auditores, quid intelligatur per montem, & collem? Respondo, intelligi homines injustos, & peccatores obtinatos: ita venerabilis Beda (Ad. Manf. l. cit.): Quid hoc loca montium, & collium nomine, nisi superbi homines designantur, illi nimirum, qui peccando contra Deum se superbe erigunt? &c.

2. Propositio. Christiana pectora! hæc duplex hominum differentia mihi anam dat, de quarta extremi Judicii circumstantia, & horrore differendi, videlicet, de separatione iustorum ab impiis, & finali sententia. Credite, quotquot hic præsentem adsumus, in illa die vel stibus a dextris, & audiemus felicissimum il-

lud: Venite benedicti. Vel stibus (avorat Deus) a sinistris, & audiemus horribile illud: Ite maledicti. &c. &c.

§. I. Moyses dividens populum figura Judicii.

3. Confirmatio. Cum Patriarcha Moyses hæc delem populum versus terram promissam duccret, transit Jordanem incidit in geminos montes, didum unum Garizim, alterum Hebal; (Deut. 34.) hic ex præcepto Dei quoscumque populum in duas turmas divisit, quarum unam ex sex tribubus a Lia & Rachel prognatis, constantem collocavit super montem Garizim, alteram itidem sex tribuum, ex ancillis & libertinis oriundarum, posuit supra montem Hebal: ibi ab universo populo clamabatur ex una parte benedictio, ex altera maledictio. Hæc est figura eorum, Auditors, qui in iudicii die contingent: postquam rigorosissimum examen circa actiones omnes hominum, uti ante octiduum avidimus, erit abolitum, tunc Ezekias Anselmi, & separavit malos de medio iustorum. (Matth. 3.) Sex tribus legitimæ collocabunt e dextra parte ad accipiendam benedictionem, videlicet Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Confessores, Virgines. Ex leva parte ad recipiendam maledictionem statuent sex tribus spurias, videlicet Diabolos, Ebnicos, Hæreticos, Judæos, Mahumetanos, & impios Christianos.

Separabuntur justi ab injustis ut triticum a palis.

4. Sanctus Dominus Præcurior Joannes, qui tanquam sonora vox clamantis in deserto circa consinia Jordanis prædicavit Baptismum Penitentis, proposuit extremum Judicium, & vallem Josaphat sub similitudine areæ, in qua purgatur triticum: Ventilabum in manu ejus, & purgabit aream suam. (Matth. 3.) Metis completa est per mortem universalem, collectio fugum pro Resurrectionem, nunc cheu! quid fiet, cum triticum sub ventilabro probationem subire debbit? O quam avolabunt acera agraris fructiferi! O quam avolabunt acera agraris spiritum triticum idegabuntur multæ coronæ insule, sceptris, processis judicales, advocatiz, & sententiz! O quam avolabunt, & inter paleas reputabuntur Doctorum multa epomides, superpellica, Religiosorum habitus, monialium velamina! O quam avolabunt, & ad ignem deputabuntur multa artificum, staturumque insentia, dolabra, mallet, acus, sulbulæ, sive, & aratra! &c.

5. Considerate, Dilectissimi, quam luctuosa futura sit hæc separatio. Ibi pridentis Virgines, (Matth. 25.) resumpsit corporum lampadibus, cum oleo honorum operum interabunt ad nuptias, fatuus vero clausa erit promevidendia: ibi semen boni agri in borream castelle, (Matth. 13.) contra Zizania in inficulis

ad comburendum colligentur: ibi oviculae boni pastoris in ovile, e contra haedi in Lanienam luporum migrabunt: Ibi convivae nuptiales ad cali epulum; (Matth. 25.) e contra non vestitus veste nuptiali in tenebras ibit: Ibi boni pisces colligentur, mali autem foras mittentur: Ibi vasa honoris ad dexteram, vasa ignominia ad sinistram collocabuntur: Ibi separabuntur Episcopi a Coepiscopis, ut ait S. Ephrem, (de Judic. c. 8.) Sacerdotes a confacerdotibus, Diaconi a suis condiaconis: ex una parte stabit Petrus, ex altera Judas. Separabuntur, qui aliquando Reges fuerunt, ex una parte David, ex altera Saul collocabuntur: separabuntur conjuges, ex una parte Esther, ex altera Assuerus apparebit, unus assumetur, alter relinquetur. (Matth. 24.) Separabitur Pater a filio, Mater a filia, frater a fratre, foror, a forore, amicus ab amico, vicinus a vicino, & qui olim eodem contubernio, eodem officio usi sunt: Duo molentes, duo in agro, separabuntur, & alterno sibi ultimo valedicunt.

Invidia damnatarum erga Electos.

6. Proh! quanta tristitia, invidia, ac desperatione tabelleant peccatores, cum viderint eos, quos in hoc mundo depexerunt, summis in honoribus, se autem plenos ignominia, & confusione adstrare? quam livenatibus oculis intuebantur Principes suos subditos, Domini suos famulos, Magistri suos discipulos in consistorio Angelorum assumptos? quo animo gentium Imperatores aspicientes sanctos Martyres in gloria, quos tamquam abjectissimum hominum fecerunt exquisitissimis tormentis a mundo eliminatam voluerunt? qua confusione ardebant Praelati, Praefules, & animarum curatores, cum videbant, se fuisse instar illorum fabricarum, qui Arcem Noc ad altorum salutem fabricarunt, & deinde ipsorum diluvii aquis interierunt? Plane tunc pleni angustia, & perturbatione vociferabuntur. O nos intentatos! ecce hi sunt, quos habitamus aliquando in domicilio, & in similitudinem imperatoris: Ecce, quando computati fuerint inter filios Dei! (3 ap. 5.) O quam consulto ambularamus hauditorum semitam! nos autem cucurramus vias vitiorum difficiles, & duce iniquitate incidimus in infernales hos latrones, &c.

S. II. Sententia Judicis in Electis.

7. Verum his infelicibus tacere iussu locuti incipit Iudex: Nimium amabilissimo vultu ad dexteram patrem convertens, iustitiae Electos ad aeternam beatitudinis possessionem, Venite Benedicite Patri meo, possidete Regnum ab origine mundi vobis paratum: Venite ad exaltatis crucibus ad delicias, a labore ad requiem, a pugna ad triumphum, a tribulatione ad solatium: Venite: transit labor & dolor, transierunt contemptus & pericula, benedicta

sit anima vestra, & corpus, benedicta vita & mors, benedicta opera, elemosina, orationes, jejunia, & penitentia: Venite, possidete regnum meae gratia, & vestra cooperatione vobis paratum: possidete regnum, quod nulla aetas, nullum periculum, nulla hostium insidiae vobis adiment, regnum, ubi omne malum exulat, & quicquid boni est, abundat. Venite, frumini hoc regno filii mei, amici mei, confortes passionis meae, benedicti Patris mei. &c. O felicem sententiam, quae revera dignissima est gravissimo totius mundi labore, & autocessima Penitentia! quis non lubens valedicere his mundi deliciis, ut in illa die hanc sententiam audire mereatur? quis non mille vitas perdere amet, ut tam amicum vocem ex ore Divini Iudicis mereatur percipere? O quis vilis, quae Exultatio erit Beatorum filii invicem applaudientium? quas gratias referent Deo Patri Creatori, Deo Filio Redemptori, Deo Spiritui sancto suo Sanctificatori? quas benedictiones dicent beatissime Mariae Virgini, Angelo custodi, sacris Praedicatoribus, Instructoribus, & Monitoribus, qui suae salutis fuerunt Promotores? quanta cum laetitia beatam dicit Laurentius suam cruciatum, Sebastianus sagittas, Stephanus lapides? quanta cum exultatione felicem pronuntiantes sancti Confessores suam penitentiam? &c.

Sententia Iudicis in reprobis.

8. Postquam reprobi ex altera parte ad mesum suum supplicium audiverint sententiam Beatorum, percipienteque felicitatem, quam ultro amiserunt, tunc Christus austerissimo vultu ad eos convertens, detonabit sententiam damnationis sententiam: Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Discedite a me Deo vestro, quem in aeternum non amplius estis vicini, a me summo Bono, quod nunquam estis possessuri, a me sine vultu ultimo, quem nunquam estis consecuturi. Discedite a mea amicitia, a meo praesidio, a meo regno, a mea felicitate. Discedite a caelesti Solyina, quae vestra debuisse esse aeterna patria. Discedite a consorcio Caelorum, a patrocinio sanctissimae meae Marias, quam inimicis potius, quam Matrem habere maluistis. Discedite in locum maledictum, in demonum potestatem, ubi non nisi dolor & moeror, fames & sitis, venaera & tormenta vos obruent aeternum. Discedite in ignem, ibi sine resurgentiis afflicti non erunt, non milliensis, non millibus annorum, sed annis infinis, &c. O terribilem sententiam! cheu! quam atrociter stabant damnati hoc irrevocabili tonitrua saluberrati! Philippus II. Hispaniarum Monarcha duos Avulicos in templo Irreverentes garulas a conspectu suo, & ex aula haecesse iussit, & ecce duo hi hoc fulmine ita fuerunt contriti, ut lenta gravitudine contaberunt: Si hoc valuit ira mortalis Principis, cheu! quae fulmen erit in aeternis damnata

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS III.

De fructibus, ac effectibus verae, & sinceræ Penitentiae.

Et venit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptisimum penitentiae in remissionem peccatorum. Luc. 3.

EXORDIUM.

In Veteri & nova lege semper inculcatur penitentia.

1. Benignissimus Deus peccatis hominum gravissime offensus, per omne Vetus Testamentum nihil commendavit efficacius, nihil requisivit severius, nihil inculcavit frequentius, quam penitentiam, penitentiamque evolvens Scripturam, & inveniens fere tot exhortationes ad penitentiam, quot Capita: quid aliud luculentius representant nobis gesta Historica, quam tragicos eventus, quibus Divina Nemesis auctore punivit mundi crimina? Quid aliud ingeniosius nobis Prophetica oracula, quam impendentem Numinis iram, plagas temporales, & aeternas, nisi laeta Dei Iustitiae ob admittenda scelera fuisse laetantem? Vix solum invenire est per totum antiquae Legis codicem, ubi non clamatur penitentia. Quae cum ita sint, existimari potuisset, Sanctum Joannem Baptistam, qui Novae Legis Praeco, & Praecursor est, novam etiam, & diversam ab illa veteri doctrinam allaturum. Et ecce! repetit antiquam naniam, praedicans Baptisimum penitentiae (Luc. 3.), hanc Pharisaeis denuntiavit, hanc populo commendavit, hanc auditoribus millies inculcavit, hanc ad salutem necessariam esse clamavit. Quae, cur tot, ac tanti clamores ad penitentiam? Christiani Auditores, percipite rationem, & obstruere. Ideo tot clamores, quia & antiquis temporibus raro inventa est in mundo, & modernis raro invenitur vera, ac sincera penitentia. Ut video, exhorretis ad inauditum hoc fulmen? Esto, quod exhorreatis: verissimum tamen est, quod dico, & repeto: raro invenitur vera, ac sincera penitentia: asserit hoc non est meum, sed Divi Ambrosii dicens (lib. 2. de penitent. cap. 10.) Facilius inveniri, quae innocens servaverit, quam qui cogitavit, agnovit penitentiam. &c. Sed numquid, ait nonnemo, vilius quotidie contentos ad sacra tribunalia accurrere? Hoc ipsum est, quod deprobo. Errore decemario, decipiunt multi Christianorum, praesertim & simplici, & Rustica plebe, qui plene sibi persuadent rem omnem compositam esse, si post commissa enormia peccata coram sacro Iudice reos se agant, una vel altera vice

Pectus tundant, & exigua orationis satisfactio nem depreperent, &c.

Quia penitentia rara fit facera.

2. Propositio. O mei Christiani! Penitentia, quam Deus ad salutem requirit, non est adeo facilis, & obvia, ut angustis limitibus tam perfundioria actionis circumscriptur: habet illa, si vera sit, notas suas, habet fructus & effectus, ex quibus dignoscitur, an sit sincera. Ideo clamavit Dominus Praecursor: Factus fructus dignus penitentia. (Matth. 3.) &c. Quiritis, quinam sint hi fructus, & effectus? Date aures, & animum, atque eos in praesentia- rum explicabo: O quam multi deprehendent, qui sibi haec deus de penitentia blandiebantur, se ab ea quam remotissime abesse! &c. Serviet nobis haec differatio ad solvendum ingenis dubium; videbitur cur Sancti Patres opinentur, plurimum Christianorum partem eternally peritaram, cum tam paucissimos videamus sine Sacramento decedere. Attendite: erudimini: Faveite.

Debet enim habere fructus, & effectus suos.

3. Explicatio. Quid est ergo penitentia? Penitentia est sermo, ac constantis animi dolor de peccatis commissis, qui necessario mutationem hominis nam internam, quam externam post se trahere debet. In hac descriptione quoad substantiam conveniant fere omnes Sancti Patres, & Spiritus Magistri. Si quavis perfundioria, & superficialis peccati detestatio penitentiam sufficeret, quis mihi dicerit, cur Judas a numero vere penitentium excludatur? reddidit enim pretium sanguinis, & confessus est crimen iniqui: Peccavi, & tradidi sanguinem iustum. (Matth. 27.) Non igitur sermone penitentia ex affectu solum desumenda est, sed vel maxime ex effectu, id est, ex fructibus suis. Quinam sunt isti fructus & effectus? sunt praecipue triplicis generis.

§. I. Primus fructus est studium bene vivendi.

4. Confirmatio. Primus verae penitentiae fructus est mutatio vitae, quae consistit in solerti studio bene vivendi, Deo placendi, & quotidie proficendi; sicut enim peccatum est aversio a Deo, & conversio ad creaturas; ita vicium penitentia est aversio a creaturis, & conversio ad Deum, dicente Ista: Convertimini, sicut in profundum necessitatis: (Isa. 31.) Hinc per omnem Scripturam, ubi mentio fit de penitentia, ordinarie illa exprimitur huiusmodi vocibus: Reverti, & converti, redire ad cor, everti viderem hominem, & quae sunt similia.

5. Scripturatum interpretes laborant in illo vaticinio Iona de Inbreviatione urbis Nive, dubitantque, quomodo sine veritatis dispendio propheta dicere potuerit: adhuc quadraginta dies,

& Ninivitas poenitentem gratiam ac remissionem imperatores? S. Augustinus repetit, vaticinium omnino fuisse completum, & urbem subveriam: non quidem eo quia, quod moenia sint diruta, domus huiusmodi hausta, palatia & fundamentis emota; sed eo sensu, quod mores hominum sint destrudi: ubi antea dominabatur libido, nunc videbatur castitas: ubi antea immoderata, nunc sobrietas; ubi antea immoderata, nunc pia liberalitas. Verba Augustini (ap. Sponz. scripsit, fol. punct. 107.) sunt; Stantibus moribus, & domibus, eversa est civitas in peccatis moribus. En mei Christiani! haec est illa mutatio, quam post se trahere debet vera penitentia: ne, quales, sibi blandiantur de bene peracta penitentia, qui postea tam nigri sunt, quam antea: quales facero tribunali hodie exeuntes, cras jam iterum ad ludus, ad ludos, ad iocos, ad nugas, ad popinas, ad cantabros, ad mundanas vanitates & pristinam deliramenta convolvant. Qui bene poenitit, ad ista non tam cito sentit orem: sed sollicitus est de vita ordinata, de obedientia praeciptorum, de conservanda animi puritate, de acquirenda virtute. Edic! si quis agrum quem a lolio purgaret, semen autem nunquam in eo spargeret, numquid risu, quam mercede dignior esset illius labor? ita in proposito nostro loquitur venerabilis Beda: (in illud Isai: Laventis, mundi, estote.) Quid prodest spiritui purgare agrum tuum, si non etiam aratro scindas, & seras semen in eo? Ita qui desinit peccata, & non plangit poenitendo, nec bonum poenitentiae consuevit: nunquid fructus esse peccata deserere, & bona non facere? &c. O quam bene facit Textus de illo poenitentiae speculo enunat: Venit Maria Magdalena, & altera Maria. (Matth. 28.) Verba haec, subinfert hic Chrysolomus (ap. Sponz. ubi supra.) nam amplius, quae fuerat, non erat. Nota tibi homini Christiano! poenitentia mutat hominem, aut si non mutat, poenitentia non est.

§. II. Secundus fructus est adium peccati.

6. Secundus poenitentiae fructus est irreconciliabile odium adversus peccatum. Dicitur, ejusmodi homines, qui aliquando a vipera venenosa ictu sauciati sunt, postliminio tanta antipathia adversus hoc animalculum indui, ut vipera haud procul presente, ut non nondum videri, tota facie impalescant, & gelido sudore perfundantur. Talis debet effector poenitentiae adversus peccatum, a quo semel intoxicatus est: Timor Domini, quo tanquam scuto obarmatur, meticolosum eum reddere debet eum adversus umbram peccati: vultus huius rei exemplum? Davidem considerate: Iesus Rex, cum tempore melius in spelunca Odollam quati captivus detinebatur, ardente siti correptus haultum frigide anhelabat; ibant ergo tres virorem fortissimi, & per medios hostium ca-

cunco genere penetrantes e cisterna in Bethlehem aquam afferbant. Quid accidit? sitibundus Rex voluit bibere, sed bibavit eam Domino. (1. Reg. 23.) Cur ita? an non licuit illi bibere? licuit atque: quare ergo effudit? percipite Mysterium: scitis, ni fallor, qua ratione David a concupiscentia sua pessime seductus alienam mulierem scelerate deperierit; nunc igitur facti poenitens in rebus etiam licitis concupiscentia non vult considerare: ita in hunc locum notat Eucherius (op. Sponz. loc. cit.) In sacrificio Domini aqua effusa est; quia cuius concupiscentia nascitur poenitentiam; & qui quondam convalescere alienam conjugem nunquam timuit, postea etiam, quia aquam concupiscentia, expavit.

7. Ex quibus satis patet, quid de poenitentia eorum censendum sit, qui peccatum luxuria, alique quidem in confessione deponunt, illicia autem peccati nequitiam reformidant: dicunt se omnem libidinem deinceps serio desinaturus; interim retinent, immutata, scilicet, & licet, quas interdum non sine trepidatione relegunt. Praterea sunt nonnulli, qui a diuturno tempore in occasione proxima vicinantes, turpissimum scelerum allicitum contrahunt: jubentur igitur a sacro conscientia arbitro, ut palam ab igne removeant, id est, domo illa exeant, in qua citra damnationis periculum versari non possunt: quid agunt? spondent quidem, & jurant se id facturos, sed postea in eodem luto haerent, in eadem dampna, & familiaritate perseverant. O fallaces Dei deceptores! O larvatos pseudo-poenitentes! scitis quomodo huiusmodi Confessiones mihi videantur? dicam in simili. Solent nonnunquam ludentes pueruli aviculam filo alligatam tenere, interdum permittunt in altum evolare miseram volucrem, sed dum illa sibi jam evasisset videtur, denuo retrahunt. Ita ludis infernalis demon cum id genus poenitentibus; sinit eos interdum avolare ad sacrae confessionem, ad Confessionis tribunal; sed statim iterum in caesuras suas retrahit; quo filo? amore occasionalis, consuetudinis, & pristinae familiaritatis.

8. Audite, vos miseri, & exhorrescite! faciedo omnino, ut huiusmodi Confessiones penitus omittatis: quare? quia praestit sine, quam cum illis damnari, talium habebitis infernum miorum. Qui lavat laterem erudum, quanto magis diluerit, tanto magis Iosofum facit; ait Ven. Beda (in verba Dan. 9. Obsecro Domine Deus &c.) Ita vos, quo frequentius Confessiones peragitis, tanto fordiosiores evaditis; qua de causa? quia ubi remanet propositio ad peccatum, ubi non tolluntur occasiones, praesertim proxima, signum est, quod poenitentia sit inanis, sacrilega, & inferno digna. &c.

§. III. Tertius fructus est mortificatio passionum.

9. Tertius denique poenitentiae fructus est pia quaedam austeritas, qua poenitens per vo-

luntatis poenitentia in se ipso admittit crimina castigat; vera enim poenitentia generalis: indubitable odium sui ipsius; nostis autem utique eos, quos odinus, durissime tractari. Vos mundani homines cilia, jejunia, & mortificationes, uti vocamus, ad claustra Anachoretarum, & Monachorum damnatis; vos in lacris exardescitis, si post enormia criminalia animi arbiter unicum diem infirmandi pro satisfactione sacramentali vobis insistant; interim sub vivaci sententia gliscunt depravate passionum, & libidinis ardor, peccatorum Reliquiae, quae nisi supprimantur, felle in praeae flammis erumpunt. Peit a nobis Deus; & sacrificat sacrificium iustitiae (Ps. 4.) per hoc sacrificium intelligit Augustinus (ab. Sponz. par. 136. scripsit, fol.) poenitentiam: S. Remigius vero ait, peragi hoc sacrificium, de medio tollendo taurum superbie, porcum avaritiae, hircum luxuriae, serpentes irae, canem invidiae, lupum gulae, & onagram aegritudinis; qui nisi jugulentur, nisi mortificentur, pro quantum deus mala adorant!

10. Reflectamus oculos nostros ad exempla Sanctorum vere poenitentium: non illi per commissorum confessionem rem omnem compositam esse arbitrabantur, sed quanto antea deliquerant gravius, tanto magis culpam in se postea puniverunt severius: Magdalenam intuemini, vere poenitentium principem: O quam exacte illa poenitentiam commensuravit delictis! Membra omnia corporis, quae prius fuerant ad voluptatem, jam ad obsequium Redemptoris adhaeruit per plam austeritatem: prius oculos lascivis obtutibus pavit, jam ex oculis profundit lacrimarum imbres; prius capillum cincinnis libidinosa corda atraxit, jam capillos tergendis Christi pedibus applicat: prius ore impudica verba eructabat, jam ore pedibus Salvatoris castissima oscula imprimit: prius minio & corallia genus unguentabat, jam unguenta pretiosa plantis sponsi afficit: Verbo; se totam impendit Domini obsequio, quae se totam antea impendebat peccato, ut totum servaret Deo in poenitentia, quidquid in se Deum contempserat in cultu, ait S. Gregorius. (hom. 17. in Eu.) Ea mi Christiane! haec est vere poenitens, atque in hunc ipsum sensum Apostolus Paulus (Rom. 6.) admonet omnem poenitentem: Sicut exhibuisti membra vestra servituti immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem; Ita nunc exhibete membra vestra servituti iustitiae in sanctificationem; id est, prout haec verba illustrat Origenes (in Rom. 6.): si prius pedes vestri curbant ad effundendum sanguinem, nunc currant ad liberandum: si prius manus vestrae protendebantur ad aliena diripienda, nunc protendantur ad largienda propria: si prius oculi evolabant ad accipienda lasciviam, nunc humi defixi componantur ad modestiam; si prius deliquistis per gulam & intemperantiam, nunc carostifficanda est per abstinentiam. Paucis omnia; proportionandu est poenitentia peccatis: si agas

mi Christiane, hoc nimis arduum esse: respondeo, cheu! nondum intelligis, quam enormis offensa Divinae Bonitatis sit peccatum, nondum poenitentia tua est seria, ac sincera. &c. &c.

11. *Epitaphium.* Finio, & jam non amplius minor afferere sanctos Patres, quod plurima pars Christianorum sit aeternum interitura, cum tamen pacifissim sine Sacramentis decedant: Videlicet, quia sunt peccata plurima, & rarissima poenitentia, &c. &c.

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi.

CONCEPTUS I.

Annus moriturus sicut Confessionem generalem ante mortem.

Consistebatur Domino. LUC. 2.

EXORDIUM.

Annus agrotat proximis mori.

1. **D**um cathedram conscendo, ecce vocor ad agrotum moriturientem: morbus lethalis est, nec facile ager ultra medium noctis vitam protrahet. Quis agrotat? annus millesimus septingentesimus trigentesimus: hodie ultimam diem agit, & paulo post anno sequenti locum cedit. Bene tamen dispositus est, & cupit Confessionem facere. Cui volupe est, me comiterur ad agrotum, mihi perinde est, debeat annus moriturus publice confiteri, nec debeat puncta, quae quilibet sibi annotare poterit.

Confessionem facit.

2. *Proposio.* Mi bone ager, ad extremam deventum es, laboras morbo phisico, & caduco incurabili, itas praeforibus aeternitatis, utique amies expiare conscientiam? Ita Domine. Die ergo, qua delicta animam angunt? Paucis: indignitunculam interdum habui, modicum juravi, praeterea nihil: Itane? praeterea nihil? compendiosa Contestio est: debemus profundius scrutari latebras, & ut nihil inexplum renataret, percurramus Decalogum: &c. cito ad rem.

3. *Confirmatio.* Primum praecipit sic habet: *Ego sum Dominus Deus tuus: non habebit Deus alieni coram me.* Circa &c. Ea mi ager, Dominus Deus zelotes est sui honoris, & ante omnia factum, integrumque cupit suum cultum, & Religionem mille titulis sibi debitam; neque solum transgrediantur hoc praecipitum idololatrae, ac imbeciles, qui idola erigunt, aut unum ex attributis Dei impugnant, sed etiam Christiani, qui minus honorifice de Deo, & sanctissima ejus lege sentiunt: Dicergo, mi anne, an nunquam fidei mysteria cuiuslibet scutatione penetrare, aut omnino in du-

bium vocare volueris? audio de te, quod in popinis, cantharis saepe in frivolas ejusmodi voces eruperis: Non est Deus, non est animamortalis: non est infernus; hoc tantum blaterant popae, ut terribulenta faciant. Miser! non potest stramineum tuum caput capere vel unius stolculi genesim, & putas te penetraturum arcanissima fidei mysteria? Praeterea animadverti in te in adversis grandem erga Deum distidentiam, in morbis, in capitis, ut dentium doloribus adhibuisti cantiones suspectas, rhythmos aut characteres obscuros, cyngarorum, aut agyrtarum commenta: quid hoc rei? Mulier Chananza in sua afflictione non ad Deum Accaron, sed ad Christum confugit. Dic, mi anne ager, nonne in his reus es? Ita, mi Domine, reus sum.

Praecipitum secundum.

4. Pergamus ad alterum praecipitum: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* En mi ager, Divinus Legislator per hoc praecipitum sanctissimum suo nomini consilium cupit, quod saepe ad res vanas, & inutilis absque ulla necessitate adhibitum turpissime inhonoratur; ideo alio in loco monet Deus: *si sermo vesber est, non non.* An putas, te hac ex parte innocentem? quaso, unde ergo tam inominiosa jurandi assuetudo? nihil te affirmare posse existimas, nisi ejusmodi jurandi formulas addideris: Per meam fidem, per meam animam, quam vere Deus est, diabolus me rapiat &c. quid dicam de inhonorazione Sacramentorum? quaso, qua causa subest, quod infantes tam difficulte addiscant, quot sint Sacramenta? nempe conspiciuntur, & perplexi sunt: domi audiunt esse mille, in cathedra audiunt esse septem. Dic, mi anne ager, nonne hoc etiam puncto te reum esse fatens? Ita Domine, fateor, reus sum. Uterius.

Praecipitum tertium.

5. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.* En, mi ager, concessit Dominus Deus homini ad sua negotia septem dies, centum & sexaginta octo horas, ex his suo honori reservavit horas non ultra viginti quatuor: verum cheu! octo septimana vix una hora bene consecratur Deo. Nonne verum est, cum alterum jamjam signum ad res Divinas campana sonat, plerumque adhuc scirebas in plumis, tum vix cruce signatus, & necdum bene abstergo ex oculis somno in templum reptasti: hic quanta irreverentia, & curio, quasi omnis fabula huc fuerit dilata! cum paulo prolixior erat concio, aut officium Divinum, statim murrurare, aut dormire solebas, cum tamen novem aut decem horas, uno consilio in popinis protracta, haud tibi fuerat fastidiosa. Domi, prohi! quantum temporis facere dici per labores non necessarios lussurebaris! vidi te festa luce carpente, & curus componere, falces acere, batum radere, balneare, iniquum mittere, equos ungulari, frumenta in urbem vehere, molere, veredarium agere, & quod

ferme fuissent oblitus, bibere. Bone Deus! utique non erit prohibitum bibere? Non est prohibitum; verum diebus sacratoribus Beatz Virginis, & Apostolorum in seram usque noctem, & ad dentem usque crapulam computationes protrahere, id vere Christianum non est: quid mirum, quod Dominus Deus incipiat offusc diebus sacras, sed blasphemantibus, *sollemnitate vestra adhibet anima mea; (Ipsa 1.)* quia Divina majestas nunquam fere potulantis, quam diebus sacris offenditur, & inhonoratur. Dic, mi anne ager, nonne hac ex parte reum etiam te nos? Ita, Domine, reum me novi. Pergamus.

Praecipitum quartum.

6. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.*

Tria prima praecipitum sunt ad Deum, cetera septem ad proximum; ubi Deus ante omnia honoribus genitorum prospicere voluit. Colendi sunt Parentes, nec coluntur sine mercede; addit enim expresse Divinus Legislator: *Ubi si haecenus super terram.* Dic, mi anne ager, cur tam lucris es super terram? cur medio flore emores? ah! meo, ne huius praecipito nulla in re feceris satis. Quid enim mi quoties a parentibus, a superioribus missus ad concionem, ad cathedram, sub lato supercilio, distortis labiis ibas, quo volupe erat? quoties errorum admonitus, hac vel illa societate interdictis petulantibus verbis, oggannibus? in ventum est ad minas, ad verbera, tu non legnior manum recursum erigebas. Quid? contra parentem? Ita est. O maledicta manus! manus S. Xaverii, S. Regis Stephani, S. Olvaldi incurrupte perseverant post mortem; at manus, quae contra parentem erigitur, digna est, ut illo momento, velut manus Ieroboami, arefat, computretat. Praeterea edic, quam curam tuorum liberorum habuisti? vagantur illi in comitis, in gurgulis, in conventibus, stertunt, onantur, & integra die, ac ultra e domo emanantes, nescio ubi morantur, & nihil tibi cura est? quaso, si potius, si vitulum vesperino pastore in stabulum non redeant, quid agis? in quatenus oibis partes indagatores emittis: ergo porcum, ergo vitulum magis curas, quam filium, quam filiam biduo aut triduo e domo absentem? sollicitior fuit hac ex parte Jacobus Patriarcha, qui Josephum filium ad fratres in campum ablegans iulterat: *Relinquitis mihi, quid agatur.* (Gen. 37.) Nonne, mi anne ager, hac ex parte accusas incuriam tuam? Ita est, Domine, accuso. Jam ad quintum praecipitum.

Praecipitum quintum.

7. *Non occides.* Hic innocentem te credes, mi ager, & inimicitias, rancores, injurias, vindictas cupiditates nulli tibi conscientia detores: sed missis istis, scias velim duplicem esse vitam, quae occidi possit, corporalem & spiri-

tualem: prima illa occiditur gladio, altera scantalo: audi quid S. Gregorius (in *Pastoralis p. 3. c. 5.*): *Noli existimare te homicidam non esse, quando fratris tui malum persuaderis.* Nunquam ais mala persuadere: respondeo, distinguo: Voces, concedo: exemplo, nego. Quid tu illa vis vendi haxias, quid in Divinis innocencia? in potu intemperantia, in verbis proccatis, in actionibus impudentia, quid aliud post te tras here poterant apud aspicientes, quam morum depravationem? Et ut cetera taceam, quae causae salubres, quod nonnunquam puri, pulcherrae, in quibus primaria adhuc innocentia vigeret: prohi detur! causa est; quia conjuges in rebus conjugaliibus incauti sunt, aut liberos jam doli, ad malitiae capaces in uno cubiculo, arctissimoloco locent. Nonne, mi anne ager, hoc extendendo innocens non es? Non sum, Domine, ex animo me accuso: &c. Progrediamur ad praecipitum sextum.

Praecipitum sextum.

8. *Non Machaberis.* Abist a me, mi anne ager, ut in hac materia te doceam potius, quam adlocam: ipse enim consule oculos tuos, interroga manus, conscientiam, corporis ornamtu, imaginationes, verborum impudicantiam. Solum unius, aut alterius mentionem faciam: audio de te, quod verba, & cantiones, in Veneris hana natus, frequenter usurpaveris: audio de te, quod suspectam familiaritatem, dia tibi cogitavi, superioribus non detexeris: audio de te, quod noctu surgere, in plateis vagari, cum amato aut amavia prolixo colloqui solitus feres: audio de te, quod in choreis, quae sunt accipia diaboli, immoderate versant amaveris: in ejusmodi conventiculis perpetratur delinde exflagitia, quae postea facillimo pudore in Confessionibus diu colantur, & mille malis contemquantur. O damnata procianda assuetudo! an vero ego nemo juvenum, nemo peccillarum ad matrum monium aspiciare valet, nisi cui sacralia impudentia prius praesulit? Dic, mi anne ager, nonne omnis tua lascivia ab humilissimis choreis, & conventiculis ortum traxit? Ita est, Domine, ex animo accuso me, &c. Praecipitum septimum.

Praecipitum septimum.

9. *Non furum facies.* Regius Propheta, mihi qualitates describit hominis, qui accidatere in montem Domini, aut stare possit in loco sancto ejus, expresse requirit, ut sit *hunceni manibus ex mundo corde, de munditudo cordis.* primum locuti sumus, sanctie, manne ager, in a contradictione rei aliena, & manibus innocens sis. Inaccusabilis, inquis. Quomodo ergo libus, charitativus, aletis vacare potes? Res ista peculium exigit, & hoc silplicitatis nequeat, illicitis procuratur, depunur obvia quaque, venduntur vestimenta, libri, litterae, & quid-